Item sexta feria: q̄ illa die homo est creatus: ⁊ per ipsum recreari debebat tam perditus. Et ideo similiter eadē etate/ eodē millenario/ eodem mense/ ⁊ eadē feria passus est redemptor. xxxiij. annis. Et forte (vt ola cōueniret) dici posset q̄ etiam sexta hora cōceptus esset: q̄ ea hora passus est: licet etiā eadem hora homo peccauit: vt sit scōm quādam congruentiā eadē hora qua eua seducta fuit per diabolū/ Maria eadem hora sit per angelū. [Ipsius est igitur angelus Gabriel] qui dei fortitudo interpretatur: vt dei virtutem ⁊ dei sapientiā carnē suscipere nunciaret: in qua humilis apparēs ueteres patres debellaret. Et ideo merito de ordine archāgelorū esse debuit: q̄ magna nunciauit. Deus aūtē mittens angelū fuit tota trinitas licet patri specialiter attribuatur. Pater quide misit: q̄ ei mēbebat prouidentia de filio/ de sponsa/ ⁊ de genitrice. filius vero misit: q̄ venturus erat in virginē. spiritussanctus etiā misit: q̄ ipse sanctificare ⁊ obūbrare habuit ipsam. ¶ In ciuitatē galilee] que interpretatur trāsmigratio: q̄ scilicet trāsiturus erat de incredulitate iudeorū ad fidem gentiū. Est aūt duplex galilea: vna est gentiū cōiuncta tyrio quā salomon dedit regi Jram ⁊ de illa hic nō dicitur. Alia est iudeorū que est super mare galilee ⁊ de illa hic intenditur. ¶ Cui nomen Nazareth] q̄ interpretatur flos: cōuenies eis fuit vt verus flos. i. xp̄s conciperetur in flore. i. in nazareth: ⁊ de flore id est de beata virgine: ⁊ eū florib⁹. i. sepore florum: ⁊ sic accipere mus florem de flore in flore inter flores. Dicitur aūt flos iesus propter sanctē conuersationis pulchritudinē ⁊ decorē: propter bone opinionis suauitatem et odorē: propter passionis fructū ⁊ cōuersationis fidelīū utilitatem. Iste flos floruit in cōceptione/ apparuit in natiuitate/ emarcuit in passione: sed refloruit tandē in resurrectione. Si ergo vis capere utilē florē sequere decorē siue conuersationē: predica odorem operationis: et sic habebis fructū passionis. Voluit dūs sicut terrenī reges magnā ciuitatē eligere in mupitio suis quibus sibi copulauit naturā humanā: sed nazareth ciuitatē paruam propter humiliatis exemplū vt nos doceret semper humilia loca eligere: sed in ciuitate hierusalē magna elegit patrē vt nos doceret opprobria cōa multo ꝓ ipso non erubescere. ¶ Willuo est inquā ad virginē nō quālibet sed virginē mētē/ virginē corpore/ virginē professione. Voluit aūte xp̄s concipi ⁊ nasci de virgine. Primo sm Ber. qz congruū fuit vt si deus concipi vel nasci debuit: nō nisi de virgine cōciperetur vel nasceretur. Jtē si virgo cōcipiura vel parturiura erat: nō nisi deū cōciperet vel pareret. Scōa ratio est scōm Damascenum vt qui in celis patrē haberet sine matre/ in terris haberet matrē sine patre. Tertia sm Augu. vt figuraret membra sua mystica de virgine ecclesia sm spiritū nascitura: ideo decuit caput de virgine nasci. Quarta vt sicut primus Adam de terra virgine factus fuerat: ita secundus adam de virgine homo fieret. Quinta vt sicut per euā virginē facta fuit humani generis perditorixa per Mariam virginē fieret eius dē reparatio. ¶ Ad virginē inq̄t despōsatā viro. Cur autē de despōsata cōcipi ⁊ nasci voluit supra in de despōsatione virginis marie dictū est. Utrū vero nominat (vt dicit Ber.) nō q̄ maritus: sed q̄ homo virtutis ⁊ iustus erat: ⁊ ideo fuit testis legitimus. Unde ioseph t. ucere cōcessit ꝛc. per augmentū virtutum ⁊ per q̄s continuo profectus virtutū inuuntur. Et nota quatuor famosos ioseph in scriptura. Primus fuit filius Jacob in quo notat prudētia: quia somnia Pharaonis prudenter exposuit. Secūs ioseph vir marie in quo notatur tēperātia: q̄ mariā virginē resignauit. Tertius ioseph ab arimathia in quo notatur fortitudo: quia audacter introuit ad pilatū ⁊ petiit corp⁹ ihesu. Quartus ioseph iustus in quo notatur iustitia: vnde ⁊ iustus est nominatus. Talem itaq; decebat habere sponsum virginis in quo lucerentur mysterium omnis virtutis. ¶ Additur autem de domo dauid ad ostendendum q̄ xp̄s descēdit de semine dauid sicut fuerat per prophetas predictū. Licet esset ioseph nō fuerit pater saluatoris: tamen virgo maria de qua xp̄s carnem assumpsit fuit de eadem tribu cū ioseph. s. de tribu ipsius dauid. ¶ Merito aūtē dicitur nomē virginis maria: hoc est venerabile nomē triplicē habet interpretationē in triplici lingua. Dicitur interpretatur stella maris vel illuminatrix. Latine etymologizatur mare amarum. Syriace vero ossa nūcupantur. Ipsa fuit mare stella in filij dei nativitate: tunc enim emisit radium totum mundū illuminantē. Mare amarū in filij passione: quia tunc ipsius animā pertransiuit gladius. Sed dīa in sua assumptione: quā do super choros angelorum est exaltata. Item maria dicta est stella maris ut peccatorū conductione: quia per mare huius seculi eos dirigit / ad portum penitentie ⁊ ad filium perducendo: in cuius etiam signū in nativitate xp̄i stella magis apparuit que eos ad natum inf aūtē perduxit. vnde oculi omnium peccatorū sint ad ipsam sicut oculi omnium nautarum ad stellam. Unde Ber. Ne auertas oculos tuos a fulgore huius syderis si non vis obrui procellis. O quis cunq; te intelligis in huius seculi profundo magis inter procellas et tempestates fluere & super terram ambulare: respice stellam / voca mariam. Si taceris superbie vndis/ si ambitionis / si detractionis / si emulationis: respice stellam voca mariam. Si fracundie / aut auaritie/ aut carnalis illecebris nauicellam concuserit mentis: respice stellam voca mariam. Si criminum immanitate turbatus vel conscientie feditate confusus baratro desperationis incipias absorberi: respice stellam voca mariam. In periculis / in angustijs / in rebus dubijs mariam cogita: mariam inuoca. Non recedat ab ore/ nō recedat a corde: ⁊ vt impetres eius orationis suffragium: ne deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequēs non deuiabis: ipsam rogans non desperabis: ipsam cogitās nō errabis. Ipsa tenente non cades: ipsa protegēte non metuis: ipsa ducente nō fatigaberis: ipsa propitia ad portū perueniss. Sic in remeipso experiri poteris q̄ merito dictum sit nomen virginis maria maris stella. hec Bernar.

Gabriel.

Trinitas misit angelū.

Gallilea.

Nazareth

Jesus. flos.

¶ Virgo tota. Cur de virgine nasci voluit Ber.

Damascenus Augustī.

Ber.

Joseph cur notat

Joseph quatuor habuit/ primus fuit filius/ secūs maritus/ tertius cur tutor/ quartus quare habuerit.

D Maria interpretatur triplicē.

Maris stella.

Bernar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illuminatrix.

¶ Item illuminatrix interpretata est q̄ splēdore gratie t exēplis sue sanctissime vite mundum illustrauit. Unde de ea canit ecclesia cui⁹ vita inclyta. cunc. illust. eccle. Hinc ait Ber. Tollie hoc corp⁹ solare: vbi dies? Tolle mariā hanc maris stellam: quid nisi caligo involuens et vmbra mortis accedentium et nocte relinquitur? Dec Ber. Est quippe stella maris humoriq̄ tenebrosi mario. vbi reptilia quorum non est numerus. Plures stellas habet celum: mare vnam que pio omnib⁹ illis clarior t melior est mitans meritis illustrans exemplis. De hac enim vna ortus est sol iustitie cui⁹ fulgore illustrantur omnia: quam qui sequitur non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. Cuius ergo fulgoris illam stellam esse putamus que hunc tantum talemq̄ solem peperit mundo? Qui hanc stellam sequitur deuiare non poterit

Ware amarum

nec errare. ¶ Item est mare amarū in peccatorum cōuersione quam eis impetrat vt conuertantur de peccatis suis: facies aquam carnalis delectationis conuerti in vinum compunctionis. ¶ Hoc etiam nomen cōuenit ei inquantum mare presentis seculi in tota vita sua fuit sibi amarum t insipidum propter desiderii videndi filium in regno suo. Item latine dertuatur a mari inquātum in ipsa est confluētia omnium gratiarum sicut omnia flumina confluunt ad mare. Item est domina in tentationum subuentione liberans omnes de angustijs suo tēpore. Potest quidem t pult subuenire: quia regina celi est t mater misericordie. Hoc etiam nomē: scilicet domina conuenit ei inquantum ipsa domina existit non tantum hominum in terra: verum etiam angelorū in celo t demonum in inferno. Et ideo in omni tentatione t maxime contra infestationes demonum inuocanda est maria: quia secundum Bern. Non sic timent hostes visibili deo quilibet castrorum multitudinem sicut ille aereę potestates marie vocabulum pariter audiunt t corruunt. Sicut enim pulueri ante faciem ignis liquescit: sic ad inuocationem huius nominis maria fugiunt t pereunt. Et iterum vbi nomen marie nominatur ibi demonia effugat. reis venia / medela egris / pusillo corde robur / afflicto consolatio / peregrinantibus aduiutorium datur. hec Ber. ¶ Uel aliter potest accipi vt inquantum mare amarū gerat typum actiuorum: inquātum stella vel illuminatrix seu illuminata gerat typum contemplatiuorum: sed inquantum domina gerat typum prelatorū. [Missus est (igitur) angelus gabriel ad Mariam] vt annunciaret t diceret quia dei filius spectem suum concupiuisset: et eam sibi in matre elegisset: ipsamque moneret t induceret vt eundē filium leaniter susciperet: quia per eam totius humani generis salutē deus operari decreuisset. vnde Bernar. Felix maria cui nec humilitas defuit nec virginitas. Ut enim que sanctum sanctorum cōceptura erat pariter t paritura sancta esset corpore accepit donum virginitatis: vt esset t mente accepit et humilitatis. Dic nimirum virgo regia gēmio ornata virtutum: geminoq̄ mēnio pariter t corporis decore preful gida: specie sua t pulchritudine sua in celestibus cognita celi ciuium in se prouocauit aspectus: vt t regio animum in sui concupiscentiam inclinaret t celestem nuncium ad se de supernis adduceret. [Et ingressus angelus ad eam] quos puro in secretarium cubiculi: vbi illa secretissio clausio sup se ostio orabat patrem suum in absēdito. Hec suspiciendum est quod aptū angelus ut veniret ostium virginis cui in proposito erat hominum frequentias fugere/vitare colloquia: ne vel oratio perturbaretur silentium vel continentie castitas tentaretur. Clausserat itaq̄ etiā illa hora suum super se habitaculum prudentissima virgo sed hominibus nō angelis. Dec Ber. Non igitur in plateis maria erat/non in publico morabatur: sed in penetralibus: sola sedebat: necnon sola tamen virtutum exercitu circumsepta. vnde Ebry. Inuenit angelus mariam non foris vagantem: sed solitariam t contemplationi vacantem: t quia non quesiuit gratiam apud mundum: inuenit gratiam apud deū. vnde t Ambro. Dec ad ipsos ingressus angeli intenta est domi in penetralib⁹ sine comitem: quis intentionem abrūperet. Neq̄ enim comites feminas desiderabat que bonas cogitationes habebat. Quinetiam tunc sibi minus sola videbatur cū sola esset. nam quemadmodū sola cum tot sibi adessent tot archangeli tot prophete? Denicq̄ gabriel vbi eam reuisere solebat inuenit. Unde alibi Hiero. Habebis cellulam que te solam capiat. immo non eris sola: angelica tecum turba versabitur: tot socii quot sancti: lege euangelium/fabulatur tecum tetus: replicabis apostolos vel prophetas: nunquid potes talem alium tuis sermonibus habere consortem? Et Bern. Nunq̄ minus solus sum q̄ quando solus sum. Credendum autem q̄ tūc erat tota abstracta in deuotissima oratione: vel in intima contemplatione consurgente forte tūc specialiter exmeditatione super salute generis humani: qualiter scilicet per virginē debebat saluari. Unde etiā quidam dicunt eam tunc actu legisse illud Esa. Ecce virgo concipiet etc. In hoc igitur actu tam intime contemplationis quo erat deo totaliter conformata: ingressus est angel⁹ ad eam. Rationabile enim videtur q̄ quādo corporaliter sibi voluit virtī verbum eternum: tunc ipsa spiritualiter sibi fuerit visita in contemplationis actu [Ingressus est itaq̄ angelus ad virginem] in thalamo t conclaui domuncule sue manentem. ¶ Et ad sensum corporali visione t humana specie apparēs ait. [Aue gratia plena dominꝰ tecum: benedicta tu in mulieribus] Angelus in hoc forma apparens quasi exemplo docuit quia desi incarnari t spiritum cooperari nunciauit. Quia enim illum nunciauit qui in se inuisibilis corpus visibile voluit ex virgine sumere: congrue debuit corpus: aut specie apparere. Formate autem angelus sibi corpus sicut dum. Quia secundum Augu. facie rutilans t veste coruscans virgini apparuit. Conuenienter vero annūciatur virgini incarnatio verbi: vt scilicet prius ipsum concipiat mente q̄ carne. Mutans ergo angelus nomē eue dicit virginis [aue] indicans eam ab omni ve liberam. Que bene gratia plena dicit: quia alius ad mensuram gratia datur: hec autem tota gratiam quam nulla alia meruerat concepta est vt gratie repleretur auctore. Que cum gratia plena sit prius etiam q̄ concipiat: post conceptionem quanta dei abūdet gratia quis cogitare possit? Unde Hie. Et bene plena: quia ceteris per partes prestatur gratia: marie vero simul se totum infudit gratie plenitudo. Vere gratia plena / per quam largo sancti spiritꝰ imbre superfusa est omnis creatura. Que ceteris dedit gloriam: terris deum: pacem: refudit hominibus: fidē gentibus: finem vitijs: vite ordinē: moribus disciplinam. Dicitur quoq̄ ei [Dominus tecū] scilicet sit in vero qui est tecū in animo: ad impleat ventrem qui adimplet mentē [Tecum] non tantum per effectiam potentiam et presentiam qualiter est in omnibus rebus mee solū per gratiam eo modo quo est in sanctis hominibus: sed etiā per carnis assumptionem de tuis purissimis sanguinibus. ¶ Ubi nota q̄ erst tec⁹ a salutatio angelica sit virgini gratissima: ista tamen clausula scilicet Dominus tecum: potissime eam delectat: t ideo singulari deuotione dicenda est. Licet autem sum erat cū virgine: nouum tamen misit nūciū: quia modo singulari voluit esse secum. Nec etiā sola pre omnibus mulieribus t super ostios mulieres benedicta predicatur. Omnis enim mulier subiacet maledictioni dei vel legis. Nam corrupta subiacet maledictōi delicti ait in dolore paries. virgo maledictōi legis in qua erat maledicta sterilis. Si maria verū q̄ maledictum vitauit. maledictū dei: quia virgo permansit. maledictum legis: quia filium habuit. Unde ipsa primiceria virginum dum primo virginitatem suam deo obtulit: maledictum legis abolevit. Et merito benedicta dicitur per quam mundus a maledictione liberatur. ¶ Et notandum q̄ super hanc salutationem nunquam homo peruenire valebit: nec aliquis excellentius dictus t gratius beatam virginē saluare poterit q̄ hac salutatione quā ipse deus pater dictauit t p an

Maria gratia plena.

Hiero.

Dñs est maria.

Dñs tecum.

Primicieria virginum. Salutatio angelica.

Dicitur.

Bernar.

Bern.

Maria virgo et humilis.

Esa.vij.

Ingressus in, cōcubitum cum illo tuit tunc.

Angelus cur visibilis apparuit marie.

Aug.

Chrysost.

Ambro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

celum ei destinauit. In cuius verbis
augustus dulcissima implicatur my-
sterria. Nam deus pater sua omni-
potentia eā confirmauit vt esset im-
mune ab omni vepoā. impetrat ista
verbum (Aue.) virtus quoq; de sua
sapientia. sic eam illustrauit vt esset
preclarū ip̄m quo celū t terra il-
lustrātur: quod notat hoc nomē ma-
ria; q̄ sonat idē quod maris stella.
Spiritus sanctus etiā tota sua diui-
na dulcedine eā penetrādo sua gra-
tia eā tam gratiosam effecit: vt oīs
qui quesierit eā per gratiā inueniat.
q̄ innuitur in his verbis (Gratia
plena). In hoc aūt ꝓbo (Dñs recū)
admonetur. vtinā ineffabilis vnio-
nis operatio quā tota trinitas in ea
perfecit: eū sue carnis subsistentiā di-
uine nature in vna ꝑsona copulauit
ita vt deus fieret homo t homo deꝰ.
quid in illa hora gaudii t dulcedi-
nis habuerit humilitas vsq; hodie ad
plenū experiri potuit. Per hāc etiā
salutā (Benedicta tu in mulieribus)
oīs creatura mirando agnoscit t re-
staurat eam benedictā t exaltatā su-
per omnē creaturā tā celestē q̄ ter-
restrem. Per (Benedictus fructus
ventris tui) benedicitur t extollit
excellentissimus fructus vētris vir-
ginalis q̄ omnē creaturā viuificauit
sctificauit t in eternum benedicit.

5 Turbata quo. ¶ Ipsa vero virgo maria. vt salutā-
tionē angeli audiuit (Turbata est)
Et nihil respondit. Nō fuit turbata
turbatione incredulitatis sicut Za-
charias: vel alia ratione culpabili:
nec de visione angeli quia angelos
videre solita erat: sed turbata fuit ꝓ-
mo secundū Chry. propter nouū ap
partionis speciē: qi etsi cōsueta fue
rat videre angelū nunc tamē nouo
modo apparuit ei sumpta specie cor
porali t ēsi ingenti lumine t splen-
dore: et hoc aliqualiter perterrita
fuit. Unde cāat. Et expauescit vir-
go de lumine. Secundo propter vir
ginalis pudicitie verecundiā: qz (vt
dicit Ambro.) trepidare virginum
est. ne ad omnes viri ingressus pate
re: omnes viri affatus vereri. Ter-
tio propter nouā salutationis formā
quam sermo eius ingerebat. Unde
Ambro. Benedictionis nouā formu
lam mirabat: que nusq̄ est ante ap-
rta soli marie salutatio hec seruabat.
Quarto propter laudationis excel-
lentiam qua angelus in suo sermōe
eam laudauit. Venere enim mētes
humilitū quanto amplius laudibus
attolluntur tanto magis timēt. Tur-
bata ergo fuit et verecūdia virtuo-
sa t honesta nō ꝓturbata: vnde tāq̄
prudens t cauta t tota pudicicia ni
hil respondit cogitāo intra semetip
sam de nouitate tanti salutationis: t
dictum examinans: non enim sic sa
lutare angeli consuerant eā: nec
vnq̄ tales loquentes audierat. In
qua salutatione cū videret se de tri
bus commendari nō poterat humili
s homina non turbari. Commēda
batur enim q̄ esset gratia plena: et
q̄ dominus esset secū: et q̄ esset bene
dicta super omnes mulieres. Et hu
milis domina non poterat suā com
mendationem sine rubore t turba-
tione audire: quia verus humilis de
laudibus t honorib⁹ erubescere so-
let t dolere. vnde Bern. q̄ turbata Bernar.
est fuit verecūdie virginalis: q̄ nō
perturbata: fuit fortitudinis. q̄ vero
tacuit t cogitauit: fuit prudentie
t discretionis. ¶ Tunc angelus in-
tuitus virginem t varias eā secum
voluere cogitationes facillime de-
prehendens t causam sue turbatio-
nis cognoscens cōsolatur pauidam:
confortat timentē: ac quasi notaz fa
miliariter et nomine vocans: ne timeā
re debeat: benigne ꝑsuadet. t inbet
dicēs. (Ne timeas maria) nec ō tan
dibus quas tibi dixi verecundiaꝫ.
est enim veritas in eis. Hec solum
ea gratia plena sed etiam tot in ge-
neri humano gratiam multiplicem
recuperasti: et meruisti apud deū:
quam nulla vniquam reperit creatu
ra. q. d. secundum Chry. qui apd deū
meretur gratiam non habet quid ti
meat. (Inuenisti gratiam) quo meri
tor: Certe humilitate: pudicitie casti
tate: t conscientie puritate. de primo
dicit Chry. Qualiter quisq̄ gratiaꝫ
reperit emisi mederate t humiliter
Nam humilibus deus dat gratiaꝫ.
de alio duobus dicit Bregō. Inue
nisti vero gratiam coram deo: qz spē
dore pudicitie preoptiam exornans
animam gratum sē deo habitaculū
preparauit: t non solum celibatum
inuiolabilem reliquit: sed etiā im
maculatam conscientiā custodiuit.
Isaye (Inuenisti gratiam) scilicet
dei t hominum pacē: mortis dextra

Augustꝰ.

3 Mariam nulli deneg. Ber.

Chrysso.

Chrysso.

Chrysso.

Ambro.

Bregō.

etionem t vite reparationē: vt per
te deus mundum redimeret: per te
illuminaret: t per te ad vitam reuo
caret. Plena ergo tam gratia inue
nit gratiam sed altius t ad dispēsā
dum. vnde Augustꝰ. O maria gra
tiā apud dominū inuenisti: hanc p
totum mundum diffundere meru
isti. Unde notāter dicit inuenisti: nō
dicit habuisti vel acquisiuisti: quia
res habita vel iuste acquisita vt ꝓ
pria custoditur: sed inuenta hiis qui
perdiderunt restituitur: sic maria in
uenit gratiam non sibi soli retinen-
dam: sed tam alijs restituendam.
Qui enim inuenit perditum tenet
restituere: gratiā vero quam eua p
didit maria inuenit: non solum ꝓ
se sed t ꝓ nobis: immo etiam ꝓ-
pter nos: quia si nos peccatores non
fuissemus deus de ipsa carnem nr̄
sumpsisset. Et ideo omnes q̄ pecca-
do gratiā amisimus: securi ad thro
num gratie accedamus: t mariam
inuenientes gratie pijs fletibus t de
uotis orationibus pulsemus: vt gra
tiam nobis reddat quam ꝓ nobis
t ꝓpter nos inuenit. ¶ Ipsa est ei
ta tegulis tuta: pia et propria: q̄
nulli querenti denegat gratiā. vnde
Ber. Omnibus omnia facta est: oib⁹
sinū misericordie: die aperuit: vt de ple
nitudine eius accipiant vniuersa: ca
ptiuus redēptionē: eger curationē:
tristis cōsolationē: peccator veniaꝫ:
iustus gratiā: angeli letitiā: denīq;
tota trinitas gloriā. t ieiū. Filioli
hec peccatoꝝ scala: hec mea marti
ma fiducia: hec tota ratio spei mee.
Dico vobis si pie a vobis petita
fuerit: si pie fuerit inuocata: compa
tietur vobis nō deerit necessitati vr
re. Sequi dē nec factas deesse po
terit nec voluntas: quoniā regina ce
lum est t misericors est. t mr̄ mi
sericordie. t ieiū. Ultimo inuenimi
ni quanto deuotius affectu a nobis
eam voluit honorari: qui totius bō
plenitudinē posuit i maria: vt si ali
spes i nobis est: si quid gratie est: ad
salutis. ab ea noueri⁹ redundare. nihil est nos habere voluit deus
q̄ per manus marie non transire-
het Ber. ¶ Inuenisti inquam gra
tiam: totius gratie anehotem coe-
pitura. Nam (ecce cōcipies in vtero)
sine peccato t macula (de partu fi-
lij) sine dolore t tristicia: virgo per

Cōcipere in vtero.

Jesus.

Saluum facere.

Chrysso.

R Magnus Jesus.

Ambro.

Altissimus deꝰ

Beda.

manens in partu sicut t in cōceptu.
Et bene dicit (cōcipies in vtero.) tā
enim per fidem t deuotionē conce-
perat eum in corde suo: t hoc modo
debemus nos cōcipere. s. per fidē
t deuotionē t parere per sanctā ope-
rationē. (Et vocabis nomē eius Je-
sum). i. saluatorē. Nō dicit ipse: nos:
quia hoc nomē ab eterno fuit a deo
patre impositum: per angelum ma-
rie t ioseph ac per eos alios diuul-
gatum. Hoc etiā nomen impositum
est cecūdū proprietatē futurā: quia
saluū humani generis futura erat
per Jesum qui saluos interpretatur:
et ideo subditur. (Ipse enim saluū
faciet) nō quēcūq; sed (populū suū)
electi. s. per fidē adherentem: t ipsum
bonis operibus imitātē (a peccatis
eorū). Et per hoc notatur verus esse
deus: quia solus dei est saluare a
peccatis. vt ait Chry. Populus chri-
sti non tantū natio Judeorū est: sed
omnes quoque qui ad eum veniunt
eiusq; agnitioni donantur. Utinam
et me peccatorem dignetis domine
Jesu annumerare populo tuo vt sal
uum me faciaꝫ a peccatis meis.
(Hic erit magnus) non quidem eo
dem magnitudine qua Joannes de
quo etiam prediceum fuerat: erit
enim magnus coram domino: sed
differenter secundum Ambrosium:
quia Joannes magnus vt homo co
ram domino: hic vero magnus vt
deus et dei filius. Dicitur autem
hic erit magnus non q̄ ante puerꝫ
virginis non fuerit magnus: (sem
per enim fuit magnus deus) sed fu
turus erit magnus homo: quia ma
gnificentiam quam habuit filius dei
eternaliter per naturam: accepturus erat filius virginis ex tempo
re per gratiam et eternaliter habi-
turus: vt vna sit persona homo et
deus. Et bene magnus: quia filius
altissimi meretur appellari. Un-
de sequitur. (Et filius altissimi vocabitur) id est
ipsius dei qui solus est altissimus.
Homo enim altus est inter creatu-
ras corporales: sed angelus altior:
deus autem altissimus. (Et dabit il
li dominus deus sedem). i. regnuꝫ
dauid patris eius. secundū Bedā.
Quod angelus primo dixit ꝑ hoc filius
altissimi minime vero patre suum di-
cit esse dauid: per hoc euidenter de

monstrat duas naturas in vna persona xpi: dominam ꝑm quã est filius dei: t humanã ꝑm quã est filius dauid. Habit aũt ei sedẽ dauid non typicã sed veramnẽ temporalẽ sed eternamnẽ terrenam sed celestẽ-quo idcirco dr fuisse dauid: qui a hec in qua dauid tẽporaliter sedit: et ne illius imaginẽ gerebat. vñ Beda. Beda. Dauid. Beda. Recepit aũt sedem siue regnũ dauid oĩs vt gentẽ cui dauid quondã tẽporalis regni gubernacula simul t celestia iustitie prebuit: quãq; modulo hymnorũ ipsiusq; ad fidẽ atq; amorẽ sui cohortatio accedere solebat: hãc ipse factis verbis donto t promissis ad regnũ celeste t immortale vocaret: atq; ad ipsam dei patris visionẽ perduceret. Angel⁹ ergo nõ loquitur de regno tẽporali: qui illud negauit xpo coĩ pilato dicẽte. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. neq; xpo in hoc mũdo exercuit tẽporale regnũ in iudaico populo: cui tamẽ debebat regnũ indaorum iure hereditario: sed loquit de regno spũali ecclie militãtis: t celestis ecclesie trũphãtis: quod figuratiũ fuit per regnũ dauid tẽporale: sicut t celestis dicit'm per tẽporalẽ: t sicut dauid regnauit in regno tẽporali ita t xpo regnabit in spũali t celesti: qi regnabit in ecclesia hic in via t in patria. Unde t subditur. Domus iacob. [Et regnabit in domo iacob in eternũ] hic quoq; accipiẽda est domus iacob nõ temporalis: sed eterna in qua regnet in eternũ. Regnabit ergo in eternum in domo iacob. i. super omnes electos: de domo enim abrahe t isaac aliqui fuerũt reprobati: sicut ismael t esau: sed in domo iacob oẽs eius filij a sanctis doctoribus inter electos sunt cõputati: quia etsi aliqui peccauerũt penitentiam tamen egerũt. Jacob quippe interpretatur supplantator. In illis enim qui supplantant passiones mortificantur t vitia regnat christus: sed in illis qui supplantantur ab eis regnat diabolus. Regnabit ergo non solum in domo dauid. i. in tribu iuda: verumetiam in domo iacob. i. in toto populo israel: t in tota ecclesia: t in omnibus electis: nõ ꝑm successionem carnis sed fidei. Per quod intelligitur q̃ in eius regni exercitu omnes enumerantur quicunque Dauid et Jacob fidem t imitatiã imitantur: quia ipsi sunt spiritualis t eterna sedes dauid et dom⁹ iacob in qua sedebit t regnabit dominus Jesus in eternum: et nunc quidem per gratiam t in futuro per gloriam. Beati in quibus tesito regnabit in eternum: quia t ipsi cum eo regnabunt. [Et regni eius non erit finis]. Christus enim non solum inquantum deus sed etiam inquantum homo regnabit in eternum: non solum super homines sed etiam super angelos. Hoc regnum eternum est t non corrumpetur: hoc imperium non deficiet t non auferetur: quia regnabit dominꝰ in eternum t in seculum seculi. vbi Beri. O q̃ gloriosum est regnum illud in quo reges congregati sunt/ conuenerunt in vnum: ad laudandum scilicet t glorificandum eum qui super omnes est rex regum t dominꝰ dominantium. De cuius splendidissima contemplatione fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. O si t mei peccatoris meminerit iesus in beneplacito populi sui: cum venerit in regnum suum. O si me in illa die quando traditurus est regnum deo patri visitare dignabitur in saluatari suo: ad videndum scilicet in bonitate electorum suorum ad letãdum in letitia gentis sue: vt laudetur cum a me cum hereditate sua. Veni interim dilecta: auferscandala de regno tuo quod est anima mea vt regnes qui debes i ea: quia tu es ipse rex meus t deus meus q̃ mandas saluates iacob. Hec Ber. Et cum angelus renuntiasset tanta: maria perplexa fuit: quia secundum Ambr. Neq; non credere debuit angelo neq; tam temere vsurpare diuina. Unde de alio certificari volẽs de quo multum timebat scilicet ne virginitatem suã perderet: de modo conceptionis querit dicẽs [Quomodo fiet istud.] scilicet q̃ tu promittis me parere filium [quoniam virum non cognosco]. i. me virũ nõ cognituram in animo voti t ex voto proposui: quia quamuis desponsata erã tamen se nunquam nupturã neq; virum cognituram certissime sciebat. Et ita fuit virgo mente carne t proposito. q. d. rẽ credo: sed de modo quero. cũ sciat dominus me

3

Regnũ sine fine. Beri.

Berũ.

Ambro.

Non cognosco quomodo accipitur.

Ambro. testis q̃ scĩẽtie mee votũ esse ancille nõ cognoscere virũ qua lege/quo ordine placebit ei vt fiat istud. vñ Ambro. non dubitat esse faciendũ q̃s ꝙmodo possit fieri inquirit. Legerat maria [Ecce virgo cõcipiet in vtero t pariet filiũ.] t ideo id credidit futurum: sed quo fieret ante nõ tenebat. Nõ ei quẽadmodũ fieret vel ẽ alicui prophete fuerat reuelatũ. Tantũ enim mãdati mysteriũ non fuit hominis sed angeli ore promendum. hec Ambro. [Et angel⁹] Fiet igitur nõ modo humano sed diuino: nõ p virũ sed p operationẽ spũs sancti: qui in te superueniet sicut ignis diuinus mentem tuã illuminando/ carnemq; tuã dei filij omnipotẽs p̃fectissima puritate sanctificãs: et singulari modo te secundabit: t ex eius operatione salua tibi virginitate tua concipies. Spũs sanctus primus in virginem venerat in sua sanctificatione tam ab originali peccato purgãdo/ sed in conceptione filij dei superuenturus. iterum venit maiorem gratie plenitudinem conferendo: que non solũ sanctificauit mentem sed etiam ventrem. Superueniet igitur spiritus sanctus in virginem quemadmodũ virtus solis descendat super rolam et lilium/ dans illis concipiẽdi virtutẽ. Et licet ista ineffabilis conceptio celebrata sit operatione totius trinitatis/ est opa trinitatis sine ydiotismate: specialiter tñ appropriatur hoc opus spũsancto propter piam rationem. Prima est ista. Aug. apparet ostensionem gratie sine meritis: vt ex per hoc q̃d dicitur cõceptꝰ de spũsancto/ ostendatur q̃ sit ex sola gratia quã nulla hominũ merita precesserunt. Diuina aũt attribuit spũsancto. Usiglo. Spũs est nomen olim gre que a deo inspiratur. Scda est secundum Ambia. propter virtutẽ operationis: q̃ ex operatione t virtute spũsancti cõceptus effectui attribuitur opa clementie t pietatis. Tertia est ex Magistri sententia: propter ostensionẽ trinitie charitatis q̃ attribuit spũsancto: vt ex ostendat q̃ verbũ dei caro factũ est ineffabili charitate: q̃ deus sic dilexit mundũ vt filiũ suũ vnigenitum daret. [Et virtus altissimi] pariter ex dei verbi seu filij: q̃ ꝑm apostolũ dicit dei patris sapientia t virtus altissimi [obumbrabit tibi]. i. de te corpus quasi vmbraculum assumet in quo de⁹ quasi hamis sub cuo se abscondet: q̃ in beata virgine sub vmbra carnis latuit virtus deitatis. Diuinitas obumbrata fuit virgini per inscriptionem humanitatis: ne q̃s impossibile erat mortali femine/obiectu tamen vitalis corporis ferret preteritã maiestatis: t iccm sustineret inaccessibilem: sicut sol quando cũ visu intueri no possumꝰ obũbratur nobis aliquo velamine. vñ Beri. Quia deus spiritus est nos vero caro/vmbia corporis tui temperauit se nobis: vt obiectu vitalis carnis videamus verbum in carne: solẽ in nube: iumen in testu: cereũ in laterna-hec Beri. Quod aũt in ꝑfatione beate Marie cantatur: ꝙ tuũ genitorem tuum sanctũ spiritus obumbratione concepturum est contrarium huic q̃ hic dicitur obumbratio fieri per corpus christi applicatum diuino intimi. Cum enim tam filius q̃ spiritus sanctus sint virtutes patris/ et corpus christi virtuti conueniat: filio tanquã cui vnitur: spiritui sancto tanquam agenti a quo formatur: patet q̃ hec obumbratio tam filio quam spiritui sancto conuenire potest. Et attende quomodo hic angelus totam eruditurã virgini edidit. primum namq; spiritum sanctũ sub nomine proprio cõmemorat: deinde filium nomine virtutis: t consequenter patrem nomine altissimi infinuat. Sic ergo vt necetur tota trinitas fecisse incarnationem/ appropriat hic spiritui sancto incarnationis cooperationem. cum dicit spiritus sanctus superueniet in te- sed filio carnis assumptionẽ: cum subdit: t virtus altissimi obumbrabit tibi. sed patri authoritatẽ cum dicit/ altissimi. Et ecclesiam namq; incarnationis opus totius trinitatis fuit: quia sicut persone sic t opera trinitatis inseparabilia sunt t indiuisa: vt quicquid operatur vna persona operetur et alia: quamuis solus filius fuerit incarnatus non pater nec spiritus sanctus: vt per eandem sapientiam qua deus mundum condiderat reparatio fieret: et qui dei filius erat in diuinitate ipse filius hominis fieret in humanitate: ne filij nomen ad alium transiret qui non esset filius eterna natiuitate Et habe

Berũ.

Trinitatis notificatio.

Filius solus incarnatus.

Tres in
quentes
vnum ex
ipsis tri
bus.
Auguſt.

mus ſimile de tribus indutibus vnum de ſemetipſis. de quibus dici poteſt q̄ omnes ſimul vnicū faciūt opus ⁊ quicquid facit vnus facit alius: nō tñ induitur niſi vnus. vnde Aug. Jeſus ſinguloꝝ quoq; in trinitate eqs trinitas operat/vnicuiq; operanti cooperantibus duobꝰ: quemēcūq; tribus agēdi concordia/nō invno deficiente efficacis peragendi. [Jdeo ⁊ qđ naſceretur ex te ſcm vocabitur filius dei.] nō adoptiuus ſicut alius naturalis: qui tamen ab eterno fuit filius ſed nō vocabatur vel manifeſtabatur nomine aliquo niſi in tempore. quaſi dicat. quia enim feciſti virtute ſpiritus ſancti nō ptolem viri generabis ſed filiū dei: quia nō ex libidine cōcipies: ideo nō paōrem ſz ſcm̄ gignes ⁊ p̄ vſis ſine dolore paries. vñ Ber. Quid eſt dicere: qđ nō de hoie ſz de ſpūſcō concipies? aſſt virtutē altiſſimi hoc eſt filiū dei. [Jdeo qđ naſcet ex te] .i. ex tua vera natura [ſcm̄ vocabitur filius dei] .i. nō ſolū qui de ſimplīs in veriū tuū veniēs obūbrabit tibi/ſed etiā id qđ de tua ſubſtantia ſortiabit ſibi ex hoc id [vocabit filiꝰ dei] quemadmodū ⁊ is qui a patre eſt ante ſecula genitus/tuus quoq; quodāmodo/reputabitur filius. Sic autē ⁊ quod natū eſt ex ipſo erit tuus: et quod ex te naſcetur erit eius: vt tamen non ſint duo filii ſed vnus. Et licet aliud quidem ex te aliud ex illo ſint: tam tamen non cuiuſq; filius/ſed vnus virtuſq; filius erit. Hec Berñ.

Sanctū.

O

¶ Et nota q̄ dicit ſanctum abſolute et ſubſtantiue abſque determinatione: quia ſi diceret ſanctū caro/ſanctꝰ homo/vel aliquid conſimile: parum videretur virtiſſe: nec expreſſiſſet ſanctitatem eius completē. Poſſit ergo indefinite ſanctum: quia quicqd fuit quod virgo genuit/procuſdubio ac ſingulariter ſanctum fuit. Et ne virgo de partu in aliquo deſperaret/et vt fidem exemplo angelus aſtrueret et confirmaret: exemplū ſterilis anus et pariture induxit: ſenio riſus femine et ſterilis inopinatum fecunditatem virgini nunciauit: vt oſtenderet omnia poſſibilia deo poſſibilia que ſolito ordini nature videntur contraria: nec qui ſupra naturam concepium dedit ſterili/daturus nō dubitaretur et virgini. Et vt facilius

credas [ecce inquit Elizabeth/cognata tua] cum eſſet ſener et vocatur ſterilis propter notam famoſum eius ſterilitatem: iam ſex menſes ſunt quod concepit filium per dei virtutem. Tamen quia illud erēpium non eſt vſquequaque perfectū quia maius eſt virginem concipere q̄ ſterilem: ideo angelus induxit rationis efficaciam ex/dei omnipotentia: dicens [quia non erit impoſſibile apud deum omne verbū] .i. omnis res digna verbo/quam impiere poſſit omne verbo ſuo promiſſum/vel verbum. i. quodcunque ep̄ vel factum in eius diſpoſitione promiſſum: nam dicere dei eſt facere ſecundum illud ꝓ. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt. quicquid enim contradictionē non implicat totum eſt deo poſſibile: cuiuſmodi eſt virginem parere. Sed que implicant contradictionez vt contradictoria ſimul eſſe verum: ea que facta ſunt fiant non facta. Huiuſmodi talia non ſunt deo poſſibilia: non propter impotentiam dei ſed propter impoſſibilitatē rei. quaſi dicat. per virtutem ac actionem nature nec ſterilis nec virgo poteſt cōcipere: ſed diuina potentia poteſt facere. ¶ Secundum Berñ. Dicit omne verbum et non omne facibile: quia ē facile poſſunt homines loqui quod volunt: ſic incomparabiliter facilius poteſt deus impiere quicquid poſſunt illi verbo exprimere. Preterea ſm eundem Berñ. cōcepius Elizabeth virgini nūciatur: vt dum miraculum miraculo addit̄ur ⁊ gaudium gaudio cumuletur. Jtem quia occultauerat ſe et tam occultare non poterat: contemēs fuit quod ante ceteros virgo hoc ſciret. Jtem vt tam precurſoris quā ſalutatoris geſta ſcirentque ſcriptores docere debebat. Jeē ꝓpter ſanctificationem Jo. baptiſte: qui adhuc in vtero matris poſitum Jeſum voluit ſanctificare. Jeē vt antique cognate obſequium preberet ⁊ vt humilitatez ipleret. Maria quippe ⁊ Elizabeth cognate ſeu conſobrine fuerūt in ſecunde gradu qui filie duaꝝ ſororum i. Anne et Vſmerie. Fuit etiā Elizabeth de tribu Juda ſicut et Maria. Jnuere hic ⁊ meditare qualiter trinitas eſt ibi preſens: reſponſionem huius ſue filie ſingularis expe-

Uerbū
nō eſt
poſſi. q̄
deus.

ꝓpter
verbū.

Expectat
eius aſſen
ſum.
Ber.

Verbū.

Deus.

Elizab.

P

trans: ⁊ amāter ac delectabiliter et⁹ verecūdiā ⁊ modeſtiā alpicies: verba auſcultans. O qualis eſt domicula: vbi tales tunc et talia exercent. Mālicet ſancta trinitas ſit vbique: tribus tamen mihi aliquo modo ſingulari cā eſſe mediterris ratione ſingularis operationis. Jnuere etiam et meditare qualiter angelus cum reuerentia vultuq; placido dominam ſuam diligenter induit/et verba ſua ſapienter ordinat: et ſuper hoc opere nutrifico voluntatem domini ſui perficere valeat. Et etiam qualiter ipſa ſe habet timorate et humiliter facte pudorioſa quaſi ex improviſo ab angelo verbis iſtis preuenta. Non extollitur neque ſe reputat: et cum audit magnalia de ſe qualia numquaz alteri dicta fuerunt ſibi ſed totiuſ ſcribit gratie diuine. Jam ergo angelus expleto nunc ambaſſiatoris officio expectat virginis reſponſum. vnde Berñ. Audiſti virgo quia concipies ⁊ paries: audiſti quia nō per hominē ſed per ſpiritum ſanctum. Expectat angelus reſponſum tuum: tempus eſt enim ne exuertatur ad deum qui miſit illum. Expectamus ⁊ nos o domina verbū miſerationis/quos uiſceribus ſuis premit ſententia damnationis. Dece tibi precium offertur noſtre ſalutis: ſtatimque liberamur ſi cōſentis. Hoc ſupplicat tibi pater ille flebilis Adam cum miſera ſobole exul de paradiſo. hoc David/hoc ceteri flagitant patres tui: qui ⁊ ipſi habitant in regione vmbre mortis. hoc totus mundus tuis genibus proſtratus exoret. O domina reſponde verbum: quod terra quod inferi quod celi expectant: reſponde verbum ⁊ ſuſcipe verbum: profer verbum ⁊ ſuſcipe diuinum: emitte tranſitorium ⁊ amplectere ſempiternum? hec Berñ. vnde ⁊ beat⁹ Aug. eciam. O beata Maria ſeculum omne capitum rium deprecatur aſſenſum: et domina mundus ſue fidei obſidem facit: noli morari virgo: nuncio feſtināter reſponde verbum et ſuſcipe filium. ¶ Tandem prudentiſſima virgo audito angeli verbis conſentit: et proprie dicitur profunda deuotione genua flexit: ac manibus expanſis deinde junctis et oculis ad celum elevatis cum ineſtimabili humilitate protulit deſideratiſſimum verbum

Ecce ſerui
la dñi fc.

Aug.

Aug.

Anſel.

Ber.

Humilitas Marie.

toꝝ cordis affectu audiendum dicens [Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuū.] Ecce promptus obedientie: deuota oratio: fidei conſenſus: ancilla inquit ſum dñi: nō mee ſed illius poteſtatis ſum [fiat mihi ſm verbum tuum]. i. ſecundū q̄ tu mihi nunciaſti. O. ue mater domini eligitur/ſue cōditionis ⁊ dignationis per omnia memor: ancillam ſe nuncupat et cū magna deuotione promiſſum angeli impleri optat. Ad hanc vocem Marie exclamat Aug. dicens. O felix obedientia/o inſignis gratia/que dū humiliter fidem dedit celi in ſe opifice comparauit. vnde et Anſel. O fides deo accepta: o humilitas deo grata: o obedientia ſi ſacrificio deo iocundius obiata. o ſublimis virgo mater dei. o mater humilis ancilla dei: quid ſublimius eſſe poſſit: quid humilius ſentire poſſet ⁊ vnde etiam Ambroſius. Vide humilitatem vide deuotionem: ancillam ſe dicit domini que mater eligitur: nec redemptiua exaltata promiſſione ſe ancillam dicendo nullam ſibi prerogatiuam tante gratie vendicauit: quando faceret quod iubereiur. Videmus humilēq; humilēq; partura humilitatē debuit etiaz ipſa preferre vñ Berñ. Semper ſoler eſſe gratie diuine familiaris vir⁹ humilitas: de⁹ enī ſuperbis reſiſtit/humilibus aute dat gratiam. humilitas ergo reſpondet vt ſedes gratie preparetur. [Ecce (inquit) ancilla domini] Dne eſt hec tam ſublimis humilitas: que cedere nō nouit honorib⁹: inſolefcere gia neſcit? Non magnū eſt eſſe humilem in abiectione: magna profuſo et rara virtus humilitas honorata. hec Berñ. Beata ergo virgo que vltra omnes homines mūdi p̄ annunciationem angeli attollebatur: ⁊ tamen in ſe profundiſſime humilia batur. ideo eius humilitas inter parabilio pie olbus alijs virtutibus cōmendatur. Jnter oēs enim virtutes eſt placuit humilitas beate virgini filio dei/q̄ attractiuum ipſum de celo vt ex virgine carnē aſſumeret: quēadmodum ferrū trahitur ab adamante. vnde Aug. O vera humilitas q̄ deū hominib⁹ peperit: vitā mortalib⁹ edidit: paradiſiz aperuit: ⁊ hoīz animas liberauit. Facta eſt Marie

humilitas scala celestis/ per quam deus descendit ad terras. Decebat enim (vt dicit Beda) quod sicut per superbiam Eue mors in mundū intrauit: ita per humilitatem Marie vite introitus panderetur. Tantus autem placuit christo ista vor virginis/ cum dixit [Ecce ancilla dñi] q̄ ex hoc magis appellat se in scriptura filium ancille q̄ virginis. Ex quo trahitur euidens argumentum q̄ plus placuit deo Marie humilitas quā virginitas. Et licet singula verba huius euāgelii sint plena mysteriis ista tamen verba que in sui consensus expressione virgo ponit/ precipue redolent virtutes incomparabiles. C Ponit enim sex verba que redolent sex virtutes eximias in ea. Dicit namque [ecce] in quo obedientia prompta/ ancilla] in quo hūilitas perfecta [domini] in quo virginitas immaculata [fiat] in q̄ charitas inflammata [michi] in q̄ spes secura [secundū verbum tuū] in quo fides deuota. Credere fides deuota erat in virgine: quia illud credidit in se debere fieri ad verbū angeli quod nunquā a seculis fuerat auditum/ nunquam reperti/ nunquā visum aut ab aliquo cogitatum. De hac fide dicit Bern. Tria mirabilia fecit dominus in incarnatione. Cōiuncta quidem sunt admixtem deo et homo: mater et virgo: fides et cor humanum. Et quidem tertia omnino est in fertor alibi duabus: sed nō minus fortis. Virum enim est quo modo cor humanum bis duobus fidem accōmodauit: quomodo credi potuit q̄ deus homo esset: q̄ virgo fuerat que peperisset. Nec enim nequeunt commiscerī si non misceat gluttinum spiritus sanctus. Igitur bis vbis dictis a virgine statim in illa hora sanctissima spūs sanctus in eā superuenit: ac dei filium virgo gloriosa concepit. Ut statim in his vbis Marie filii dei totus intrauit in vterum eius: et ex ea carnē assumpsit et tot⁹ in sinu patris remāsit. In instanti esse fuit totū corpus vbi formatū et anima rationalis creata: et statim virtute diuinitati in persona filii cōiuncta: vt idem esset deus et homo saluatrix iuxta nature proprietate. Fuit autem corpus christi formatū ex sanguine beate virginis non ex carne: et fuit in instanti sanguinis separatio/ consolidatio/ figuratio/ animatio/ deificatio. Et in eodem instanti fuit plen⁹ et perfectus homo in anima et carne secundū omnia corporis lineamenta sed paruitas valde ita vt membrorum distinctio vix posset discerni visu humano. Postea vero naturaliter in vtero creuit vt alij: licet membrorum distinctio et anime infusio dilata non fuerit vt in alijs. Fuit etiā perfectus deus sicut et perfectus homo secundū humanam naturam ex anima rationali et humana carne subsistēs: sed̄ diuinā ex verbo vtrutiq̄ in vnitate persone coniuncto. Sicut enim in deitate est vna essentia et tres persone: ita in christo econuerso est vna persona et tres essentie/ scilicet deitas anima et caro. Hoc est eternum nouum et antiquum: est enim deitas eterna: anima noua quia in assumptione creata: caro antiqua quia ab Adam propagata: et Christus secundum naturam deitatis est generatus/ secundum animam creatus et secundum carnē factus. Et fuit vnio triplex in Christo. I. deitatis ad animā et eonuersio ac deitatis ad carnez et eonuersio et anime ad eamdem. Due priores vniones semper manserūt: tertia separata fuit in morte. Unio igitur diuinitatis ad humanam naturam non est inuenitate nature sed personarū: persone humane sed diuine non assumpte sed assumētis: nec psone cuiuslibet/ sed solius verbi. Quia enim impossibile est q̄ natura diuina conuertat cum alia sicut pars ad tertij constructionem: vel q̄ ipsa transeat in aliā vel alia in ipsā: ideo diuinitas et humanitas nō vniuntur in vnitate nature sez persone: Et quia diuina natura in nullo supposito potest subsistere preterq̄ in ppria hypostasi: ideo vnio illa non potest esse in persona hois sed dei: propterea deus in vna personarum suarum fecit seipsum suppositum humane nature. vide tamen vna est ibi personalitas et vnitas personalis scilicet ex parte assumentis/ et ideo Christus secundum quod est homo non est persona. vnde Hugo. Ex quo hominem deus assumpsit totū assumpsit/ carnē scilicet et alias id est humanā naturā/ non hoīs persona sed hominem in personā. Caro enim illa et anima antequā verbo vniretur in personam/ non erāt inter se vnita ad personam. Unio siquidem vna fuit ad vnum verbi caro et anime: non primo verbum et caro: nec primo verbum et animam nec primo anima et caro: sed simul verbū et anima et caro. Nec cepit persona esse verbum quādo homo esse cepit: sed hominem sic assumpsit vt persona esse homo inciperet/ nec alia persona q̄ erat illa que eum acciperet. Itaq̄ verbum persona suscepit hominez: non personam sed naturam: vt qui suscepit et qd suscepit vna esset in trinitate persona. Ergo Christus persona ad inferna descēdit sed secundū solaz animaz et Christus persona in sepulchro iacuit sed secundū solā carnē: et Christus persona vbiq̄ fuit secundū solā diuinitatē. Quid est autē qd̄ scriptū est: q̄ cum Christus in sepulchro iacuisset: dicitur/ totus pro parte positum est. Forsasse cogitas quasi tria quedā diuinitatē et animā et carnē composuisse Christum. Absit. Non enim pars Christi verbū et pars homo: sed totus Christ⁹ homo: et totus Christus deus. Diuinitas pars non fuit nec in ipsa pars fuit: in humanitate sola partes sunt alia scz et corpus: et vbi alterum illorum est/ pars hominis est. Verum est ergo q̄ in sepulchro Christus iacuit: nec tamen vbi totus homo iacuit: cuius totus homo Christus fuit: anima et caro dei verbo in persona vnita fuit: ideo vbi caro erat verbum deesse nō potuit. hec Hugo. De hac verbi incarnatione sic dicit Ansel. Uidisti domine afflictionem populi tui: et tactus dolore charitatis interiusq̄ opposuisti cogitare super nos cogitationes pacis et redemptionis. Et quidem cum esses filius dei: verus deus deo patri sanctoque spiritui coeternus et consubstantialis: lucem habitans inaccessibilem: potensque omnia verbo virtutis tue: non despexisti in hoc nostre miserie ergastulum aliquantulum inclinare tuam: vt nostram et gustares et absorberes miseriam: nosque repararet ad gloriam. Parum bone domine Iesu fuit charitati tue ad cōsummandū op⁹ nostre salutis cherubin vt seraphin autvnū ex angelis destinare. Ipse ad nos venire dignatus es per mandatum patris cuius nimia charitatem experti sumus in te. Uenisti enim non locum mutando: sed presentium tuam per carnem exhibendo. Descendens a regali sole sublimis gignie tue in humilem et abiectam ancillam in oculis suis: puellam primo virginalis continentie voto sigillatam. In cuius sacrosancto vtero sola sancti spiritus virtus inenarrabilis/ et cōcepit te fecit et natū in vera humanitatis natura: ita vt nec maiestatem diuinitatis in te/ nec integritatē virginitatis in se violaret natiuitatis occasio. Idem ad saluatorem suum. Primum cum beata Maria ingressa cubiculum: ubi eos quibus virginis partus/ et rbi prophetatur aduentus euolue. Ubi aduētum angeli prestolare: vt videas turrātem: audias saluatorem. et sic repleta stupore et extasi: dulcissimā Mariam dominam tuam cum angelo saluatore saluteo: clamans et dicēs. Ume maria &c. Hoc erebrius repetens: que sit hec gratie plenitudo de qua totus mūdus mutuauit gratiam quando verbum caro factum est. Contemplare et admirare dominum: qui terram implet et celum intra vnius puelle viscera claudit: quam pater sanctificauit: filius fecundauit: spiritus sanctus obumbrauit. O dulcis domina: ita fabrita baris dulcedine: quo amoris igne succēdebaris cum cernires in mente et in ventre rāte maiestatis presentiā: cum de tua carne carnem assumeret/ et mētis quibus corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitaret/ de tuis sciis membris aspiraret. hec Ansel. O si valeres vel q̄ sentire quale quātumq̄ fuerit illud e celo emissum incēdium: collaudi refrigerium: in fulum solatiū. Ista subli mario virginis matris: quāta nobilitatio humani generis: quāta cōdescensio maiestatis. Si virginē canere cum tibilo posses audire: estimo q̄ cum illis pariter pro tanto beneficio inciperes iubilare: et nō cessares deo gratias decantare. Uergo ipsi virgini tūs gaudiū renouare et ad mentē reuocare valeas: ere bro eā cum dulci versu angelico saluture et deuote saluationis oscula

Beda.

Fili⁹ ancille dñi.

O. Sex verba virginis totidem virtutum significantia.

Fides virginis

Bern.

Incarnatio filii dei.

Concep. filii virginis

Incarnatum est

Trin. in Christo

C Christ⁹ persona vna varia dicitur fe.

Unio triplex.

Unio naturarum

Christus homo non est persona

Thelesfor⁹ de incarnationis beneficio

T Marie cōcipienti alm⁹.

Maria frequenter angelica, salutatio ne saturā da. Ber.

salē pedibus eius insistere nō negligas dicēs. Ave Maria. vnde Bern. Est tibi virgo Maria quasi osculuz audire hunc versum angelicū Ave. ne saturā torieris enim beatissima osculatio: quotiens per aue deuote salutatio. Ergo fratres charissimi / ad imaginem eius accedite: genua flectite: oscula ei imprimite: ave Maria dicite. Et iterum. Celi resplendent: angeli iubilant: mundus exultat: demones contremiscunt cum dico Ave maria. hec Bern. ¶ Moraliter

VI Moralis Conditiones christum con cipere volentis.

fectio fraude in deū insidiaueris: qđ signat Ezechiel. deus me⁹ admoni. perfectio humilitatis in prosperis vt omnia reputentur bona dei: quod signat Mathanuid est donū. Ad perfectionem vero communem pertinent tria: scilicet supplantatio vitiorum: quod signat Jacob. i. supplantator. Continuus profectus virtutum: quem signat Joseph: id est accrescens. Constantia fidei immobilis: quod signatur in hoc q dicitur vir Marie / que interpretatur stella maris: que est potus qui non mouetur. Nec enim ista sunt necessaria perseuerantie. Per hos autem predictos omnes figuratur Christus: quia ea conueniunt ei secundum interpretationum nominum predictorum. ¶ Considera die progenitores domini: quia de erimo et peccatoribus non dedignatus est nasci / et nolunt in progenitoribus gloriari. Neque enim in his / neque (quod amplius est) in virtutibus et operibus gloriari debemus: ne horum mercedem in aliquo minuamus: vel etiam in toto perdamus. Unde Chrysostomus. Die refulget dignitas Christi: non quia magnos progenitores habeat ac peperit: sed quia ex quibus ac viles. Sublimium enim illa maxima et admirabilis gloria est / humiliari sponte submissus. Sicut enim admirabilis iudicatur: nō quia mortuus rannum est / verum quia etiam crucifixus est et sepultus: sic etiam in generatione ultima dici potest q non solum quia suscepit carnem et homo factus est / admiratione sit dignus: sed quia et etiam tales progenitores habere dignatus est: nihil de nostris vitiatibus erubescens: per ista proculdubio docens vt nos quoq nunquam de virtus erubescamus parentum: sed vnum illud queramus semper / nobilitari proborum honore virtutum. Non est omnino non est nec de virtute nec de vitio parentum aut laudandus aliquis aut culpandus: nemo inde vere aut obscurus aut clarus est. Immo (vt considerantibus aliquid dicamus) nescio quomodo magis ille resplendeat qui ex parentibus a virtute prorsus alienis exitens: ipse tamen fuerit de virtute mirabilis. Rursus igitur in superbiam de gloria eleuetur parentum: sed considerans progenitores domini omnem euacuet et comprimat mentis tumorem: t de solis virtutibus gloietur. Quinimmo ne de istis quidem. Sic enim etiam pharisęus publicano deteriores effectus est. Noli igitur ipse eorum cetrumper structus laborum: et noli fiducias tuas in vanum effundere: noli cursum inanem dirigere post mille circuitus mercedem laboris euacuare. Homo enim dominus tuus et quidem multo te, meliusuarum merita virtutum. Ne igitur in superbiam tumescamus / sed dicamus nosmetipsos inutiles: vt in partem vitium transeamus. Si enim laudandum te esse diceris reprobus efficieris: etiam si fueras ante laudabilis. Si vero mutile te fateris factus es vtilis: etiam si antea reprobus fueras: propter quod necessaria nobis est preteritarum obliuio virtutum. Beatissimum enim erat rum virtutum est obliuio virtutum. Itaq si eas in memoria quasi venales assidue portemus / ar mamus hostem: irritamus inimicum: et dolosum inuitamus ad furtum. Si vero nemo alter hec sciet nisi quem nulla occulta possunt latere: nimo in loco preciosa consistent. Nequaquam igitur huiusmodi bona frequenter euentilemus ne quis forte ea diripiat: quod etiam pharisęus passus est in lingua illa circumferens: vnde ea et diabolus rapuit. Caueam⁹ igitur de nobismet ipsis dicere aliquid gloriose. Dos enim nos et hominibus odibiles et deo abominabiles facit. Et ideirco quanto maiora fecerimus: tanto de nobis minora dicamus. Nocenim modo maximam et apud deum et etiam hominibus gloriam consequemur: nec solum gloriam apud deum / sed etiam mercedem retributionemq⁹ plenissimam. Quando enim aliquis facta fecerimus habemus proculdubio debitorem: quando vero nihil nos arbitramur operatos / amplius etiam de talibus meremur affectu qui propter opera ipsa que facimus. ¶ Itaq virtutum omnium merita bonum humiliratis exuperat: que si non adsit nec ille pro terum esse laudabilis. Itaq si bona

perfectionis

progenitorū christi humilitas ad designat

Christe.

Parētes clarū nō facit: nec virtus.

Matth. viij. Luc. xv.

Marci x Joan. i.

Luce. v.

Joan. xij.

Matth. xxvi.

Deo q Joseph voluit dimittere Mariā. Fo. xxvj.

tua magna vis facere noli illa pura re magna: aliter magna esse nō possunt. Sic enim Centurio air. Non sum dignus vt intres sub tectum meum. Propterea dignus effecta est iuxta q omnes tunc Judeos mirabilio. Sic etiam Paulus air. Ego sum degnus apostolus vocari. et omnium primus effectus est. Sic t Joannes. Non sum inquit idoneus vt soluam corrigiam calciamēti eius. et ideirco amicus factus est sponsi: et manum quam indignam dixit calciamentis / hanc Christus supra caput attrahit suum. Sic etiam Petrus air. Exi a me domine quoniam homo peccator sum: et propterea factus est fundamentum ecclesie. Nihil enim ita est amicum deo vt se aliquis minimum ac humilem reputet. Que virtus non alitur de nostris aut oritur aut nutritur: quam si nunquam animus a contemptione sui et odio sui fuerit deiectus. Qui enim humiliatur cotidie atq; conteritur: non efferetur in gloriam / nō in muticie tumoremnon iracundie furore vera bitur: non aliquam aliam suscipiet passionem. Discite enim (inquit) a me / quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Ut ergo hic et ibi requie multa perfruamur: humilitatē magnam bonorum nostrorum penitus insequamur animabus. Sic enim et istius pelagus sine fluctus transire poterimus: et ad tranquillissimum etiam enauigare portum. hec Chrysostomus.

Diario.

Domine Jesu Christe spes t fiducia nostra memor esto que pro redemptione nostra fuisti: memor esto q creator omnium susceptione nostre nature consentis fieri dignatus es figmentum nostri. Ueniat domine propter peccatores: vt omnium peccata deleteres. Quid tibi retribuit: quid pro hoc digne potest agi: Te laudo: tibi gratias refero: tibi gratias ago: pro immensis beneficiis tuis quibus humano generi perdito subuenisti. Et precor te piissime domine vt qui sic pro nobis non in nobis partaris perire qđ decreuisti miseranus assimere: et fac me tibi gratum et debitam seruitutem exhibere. Amen.

¶ Deo q Joseph voluit dimittere Mariam. Cotemplandet euangelio cū esset desponsata. Ca. viij.

Matth. i.

Luc. ij.

Traducere đđ sit.

Joseph dimittere volēs sponsam.

ET quia in humilia Christi genealogia Matthei ostendit veram eius humanitatē: consequenter nunc ostendit eius diuinitatem per modū conceptionis et mirabilem vterq; [Christi autem generatio sic erat] quasi diceret. Hō credatur q deus sit genitus et cōmixtio de maria t femine sicut precedens: sed potius modo mirabili q sequit. [Cum enim esset desponsata Maria Joseph] t ipsa de elizabeth ad domum suā in Nazareth redisset: certandē Joseph a Judea in Galileam veniens: t desponsatā sibi in domum suā ducere volēs [antequ cōueniret] scz antequ nuptias solēnia celebrarent. nō q postea conuenerint: sed ostendit proximum tempus nuptiarū solemnū. t est tropus loquēdi huic similis / antequaz penitet me te preueniens est: nō q postea penituerit. Uel [antequ conuenirent] eō habitatiōe. i. antequ simul in vna domo habitarent: nondū enim cōuenerant: nondum simul habitabant. Ille in sua / t illa adhuc i sua domo manebat: quia licitū non erat apud Judeos q sponsus et sponsa absq; nuptiarum celebratione simul conuenirent vel habitarēt. [inuēta]. i. visa est Maria Joseph [in vtero habens]. i. grauida. ¶ Sed dd sequit: nō inuenit nec agnoscit manifeste: sed hoc est de spiritu sancti operatione. Perpendēs igitur hoc t ignorans tanti secretū mysterii doleoat t turbabatur: ac [nolens eā traducere] in publicū. i. diffamare ne sz tanq adultera lapidaretur. Uel [nolens eā traducere] in domum suam ad cohabitationē sibi fidiuam: quia propter mysterii virtutem quam nesciebat se indignum ad eius consortium estimabat [voluit occulte eam dimittere] parcitur bus a quibus eam acceperat. Legerat enim Egredietur virga de radice Jesse. vnde nouerat Mariam duxisse originem: t legerat etiā Ecce virgo cōcipiet. t hec de ea credebat: precipue q post acceptionē faciem⁹ ita resplēdere diuinitate: vt propter confusionē vix eā irreuerberatis oculis t nō cū timore posset intueri.

Hieron. de laude Marie.

¶ Ideoq; voluit se ante tantam gratiam humiliare/indignum se reputans tante virginis cohabitatione. vnde Hieron. Hoc testimonio Marie est q̄ Joseph sciens illius castitatem et admirans quod euenerat celat silentio cuius mysterii nescie bat. vnde t Chrysо. O inestimabilis laus Marie, magꝰ credebat Joseph castitati eius q̄ vtero: t plus gratie q̄ nature. Conceptionem videbat: t fecundationem suspicari nō poterat. Possibilius enim credebat virginē sine viro posse concipere q̄ mariam posse peccare. hec Chrysо. ¶ Et nec Maria pertransiit ablq; tribulatione. perpendebat enim t videbat Joseph turbatum: et de hoc ipsa turbabatur non modicum. Humiliter tamen tacebat t occultabat donum dei volens potius vilis et mala reputari/q̄ ipsum donum propalare: t de se aliquid loqui quod ad sacrāriam pertineret. Rogabat autem dominum vt ipse dignaretur remedium apponere: t hanc sibi et viro tribulationem auferre. Videns q̄ magna tribulatio t anxietas eius erat: t quomodo dūs suos tribulationibus vexari et tentari ad ipsorum coronam permittit. Sed tandē dūs virtus prouidit. Joseph enim de diuisione marie cogitante t delibe

Beliberandum in incertis.

rante (vbi habes argumentum diu deliberandum esse in incertis t dubijs ne peccetur temeritate leuitatis) misit dūs angelū suū. l. habitatem sm Aug. Et hoc fecit triplici ratione sm Chrysо. Primo ne iustus homo faceret rem iniustam iusto proposito. Secundo propter honorem matris. l. ne dimissa notaretur turpi suspitione. Tertio vt intelligens Joseph causam conceptionis reuerentius se haberet cum virgine. Quarto secundum glosam ne vl terius premeret dubietas quem commendabat equitas. [Cui] scilicet Joseph [apparuit angelus in somnis] non manifesta visione: quia ipse dubitare animi premebatur vel somno infidelitatis: et dixit ei. [Joseph fili David] per quod secūdum Chrysostо. reducit eum in memoriam promissionis facte Dauid

Chrysо.

de ipso Christo. q. d. sm glo. recognosce promissionē factā Dauid de cuius stirpe es t Maria: t videlicet in ea [noli timere accipere] t domi retinere [mariam coniugē tuam] nō ad carnalē copulā, sed ad cohabitationem eā ea t ministratio nē deuotā nec nō affectu t copulationē animoꝝ: qs est verū coniugium. Exemplo ergo Marie liquet fideles cōiugatos (seruato pari cōsensu) in continentia posse permanere/ coniugium posse vocari non permixto corporis seruitio sed custodito mentis affectu. Vñ t Joseph vir Marie dicit: qi verū coniugiū est vbi amoris affectus seruat/t eriā in Maria fructus nuptiarum inuenitur. Quasi diceret angel⁹. Ne suspiceris q̄ hic interuenerit humana conceptio. [Quod enim in ea natum est] .i. cōceptum [de spiritu sancto est] .i. virtute spiritus sancti est factum. In ea quippe nasci est concipi: sed de ea nasci est in lucem proferri. Et sicut hoc dr q̄ duplex est natiuitas. l. in vtero t ex vtero. Nascimur enim in vtero cū cōcipimur: dr ex vtero cum in lucem educimur. Vic ergo ponitur explicita reuelatio facta ipsi Joseph ab angelo. Ante ea enim nouerat impietate quidē diuinū esse in virginis cōceptu (vt supra dictum est) explicite tamen nescierat factum et conceptionis modum seu mysterium: t ideo hec expliciter sibi reuelantur per angelum. [Pariet autez filiū] quando scilicet erit natiuitas exterior: quem ipse sicut stella lucem/sicut virga florem/sicut terra germē parituram erit [et vocabis nomen eius iesum] id est saluatorem. [Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum] quod non est modicum: quia nulla seruitus miserior q̄ seruire peccatis: t hoc propter vilitatem ipsorum. Vbi ostendit angelus eum verum hominem in partu virginis: et verum deum in saluatione populi a peccatis: quia nullus potest saluare a peccatis nisi solus deus. De hoc latius videre poteris supra de conceptione saluatoris. Joseph igitur certificatus de conceptione et virginitate Marie [exurgens a somno] dubietatis/et ad mandatum angeli accipiens sponsam in [coniugem]. i. ad nomen coniugis t vocabulo/ cum virgine virgo permanēs: et ei obsequiose tanquam domine ministrauit. Vnde habemus argumentum q̄ quicquid a deo monemur statim facere debemus. Ergo si vouisti deo aliquid/statim si potes persolue: si nō potes/cito satisfacere habebis statim implere teneberis. Vera etiā que sine expressione certi temporis sunt facta statim sunt adimplenda. Vbi Chrysо. Joseph per angelum de sacramēto mysterii celestis instruitur: monetis angeli letus obtēperat. gaudēs diuina tussa prosequitur. Suscipit sanctam mariam t votis exhilaratibus glorial: qi rite manifestatis virginē nostrem coniugē dicit/ab angelo meretur audire. hec Chrysо. Per Joseph ergo iuramē dimittere Mariā qui certificatus de mysterio per angelum accepit eam vt dominam: significatur homo dubitans in fide vel meritis: qui per predicatorem vel confessorem bonum solidatur in fide: t subsistit se mentionibus ipsius. [Et nō cognouit] id est non agnouit eam [donec peperit filium suum primogenitum] quia eo nato dignitatē eius maxime agnouit. vñ

Chrysо. Dño Joseph cognouit Mariā.

Chrysо. Vere non cognouit eā ante cuius fuerat dignitatis: sed post q̄ peperit tūc cognouit eam: quia speciosior t dignior facta fuerat q̄ totus mundus: quia quem totus mūdus capere non poterat/in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Vel non cognoscebat eam opere coniugali propter ea que dicebatur: donec pro eterno sumendo t dest numq̄: vt per purum temporis significationem omne tēpus significatum accipiat. Est etiā hec dictio donec quādoq; significatiua determinati temporis quo trāsacto fit aliquid: sic dicitur/ille nō comedit donec esset hora sexta: qua cōpleta comedit. Quādoq; est affirmatiua sm tēporis: et accipit pro semper: vt ibi/sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū. l. semper sede a dextris meis. Quādoq; est abnegatiua omnis tēporis: t accipitur p̄ nunq̄: vt hic in proposito. Si etiā eā nō cognouit ante partū: multo magis nō cognouit eā post partū: visa videlicet tot signis et miraculis in natiuitate t post natiuitatem domini/cognoscens deum esse qui natus est. Aliqui exponunt hoc de cognitione facie dicentes: q̄ ex presentia xpi in vtero virginis tanta erat claritas in facie eius q̄ Joseph facie ad faciem eam videre non poterat: quā spūs sanctus a cōceptione penitus impleuerat: sicut dicitur de claritate faciei Moysi ex consortio sermonis domini: quia nō poterant intēdere in eum filii israel. et ideo Joseph non cognoscebat facie ad faciem quā desponsauerat donec vterus euacuatus esset. Remanet igitur t stat gaudenter eā sua benedicta coniuge t vitra q̄ dici possit eā caste diligit amore t curam ipsius gerit fideliter: t domina eā eo moratur cōsidenter t simul in sua patientia viuunt letēter. Unde tribulatione cessante redit magna consolatio. Sic t nobis cōtingeret si in tribulationibus patientiam haberemus. ¶ Stat etiā domin⁹ Jesus more aliorum vsq; ad nouem menses in vtero reclusus: vt homines qui in miserijs mundi vel inferni clausi erant/ad consortium nouem ordinum angelorum reduceret. Stat benigne ac patienter sustinet: t tempus debitum expectat. Compatere sibi q̄ ad tantam humiliatis profunditatem deuenit. Multum debemus hāc virtutem affectare: nec deberemus ad elationem vel nostri reputationē vnq̄ intumescere/ quādo tantum se voluit dominus manifestatis inclinare. Et quia de hoc solo beneficio humus tā prolixe reclusionis nūq̄ ei digne satisfacere possumus: saltem cotidie hoc cognoscamus et gratias eidem toto affectu agamus/q̄ nos ex alijs assumere dignatus est: vt vel hoc modicū repēdamus eidem q̄ reclusi stemus ad suum seruitium. Ipsius quippe beneficium est hoc non nostrum meritum: t quidem beneficium multū acceptabile ac venerabile t permaximū. Non enim ad penam sed ad caurelam simus reclusi et in arce religionis munitissima collocati: ad quam huius mundi nequissimi venenose sagitte vel tumultuosi maris procelle nisi nostra temeritate nō possunt attingere. Conemur igitur toto posse (mente recisa et abstracta ab omnibus caducis) eidē domino cotidie puritate vacare: q̄ corporalis reclusio nihil aut parū

Donec.

Littera cognitio.

E Jesus in vtero stans nos docet patientiā t humilitatē

August. Mach. fū lectio ēlite sīr.

fine mentali videntur prodesse. vnde Aug. Quid prodest solitudo corporis si solitudo, defuerit mentis? et Gregor. Quid prodest corpore conuersari in claustro et mente vagari in seculo? Conemur etiam in omnibus ei gratias agere? ex corde eū benedicere. nam hoc in virtutibus nobilissimum est? coram deo ipleni dissimum: vt homo in coactione obedientie/in exilio/in paupertate/ in contemptu/in infirmitate/in multiplici meritis? corporis tribulatione velit scisci et possit deum laudare et ex corde benedicere/ac ei cum gaudio gratias agere: desideria sursum erigere? cum operibus collaudare. vnde Bern. Felix qui passiones corporis sui propter iustitiā ordinat: vt quicquid patiatur propter dei filiū patiatur: quarenus? a corde tollatur murmuratio/? in ore verset gratiarum actio? vox laudis. hec Bern. Qui enim bene attēderet q̄ diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: ad magnā animi quietem peruenire: ro q̄ in eo loco

Bern.

Prouer. 28.

habuerit quod Sapiens ait. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. quia secundū Aug. Quicquid accidere iusto / volūtati diuine deputandum est. nō potest ei nocere.

Et similiter ipse dicere posset cum Job. Sicut domino placuit ita factū est: sit nomen domini benedictum.

Job. i.

¶ Tribulatio bonoꝝ

¶ Igitur in tribulationibus seu flagellis? afflictionibus non debes dubitare: quia deus non permittit eos ad suos venire/ nisi pro ipsorum vtilitate. Aliquando quidem vt homo a seculo se auertens oblectamēta temporalia respuat: ? ad deum se conuertens eterna concupiscat. vnde Aug.

August.

Non enim ab hoc seculo auertitur: nisi pernicioso eius voluptatibus laborio? doloris aque miscebantur. Si enim cessaret dominus? nō misceret amaritudines felicitatibus seculi obliuisceremur eū. hec Aug. Et ideo aut Psal. Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea accelerauerunt. Aliquando vt peccata sua melius agnoscat: ? inde penitens et se corrigens purgatus? mundatus

August.

fiat. Vnde aut Augustinus. Quod lima ferro/quod fornax auro/quod flagellum grano: hoc tribulatio viro iusto. vnde fratres Joseph dicebāt. Merito hec patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum. Aliquando vt subtiato aduersa meliora imperfectionem suam videat: ? scipsum cognoscat. vnde Pa. Ego dixi in abundantia mea nō mouebor in eternum. sed vt melius me michi ostendere? auertisti faciem tuam a me? factus sum conturbatus. Aliquādo propter humilitatem obseruandam et virtutum custodiam: ne de merito suo presumat. ne forte

Pā.

Ecclesi.

cum superbiam se extollat. vnde Apostolus. Ne magnitudo reuelationum extollat me/datus est mihi stimulus carnis mee angelus satane q̄ me colaphizet. Aliquādo vt clarat q̄ malum sit reliquisse deum: ? ab eo esse derelictū. vnde Piere. Scito? vide quia malum et amarum est reliquisse dominum deū tuum/? nō esse timorem eius apud te. Aliquādo vt deus patientiam alicuius declaret: et per sanctorum exēpla alios ad patientiam instruat. vnde Jeb. Nec sit mihi consolatio: vt affligens me dolore non parcat: nec contradicam sermonibus sancti. Aliquādo vt alii magis animeant? exemplum vindicte inde sumant. vnde Sapiens. Percutiente flagellato stultus sapientior erit. Aliquādo ad dei salutaris laudem? eius gloriam manifestandā: sicut infirmitates ceci nati? Lazari fuerunt/ vt in eis opera dei manifestarentur: ? ipse deus glorificaretur in eternum. Aliquando vt amorie? pfi insignia recoguiret: ? misericordiam dei circa se recognosceret. vn de ij. Macha. vi. Eternum multo tēpore non finere peccatoribus ex sentētia agere/sed statim vltionem adhibere magni beneficii est indicii. vñ Sm Piere. Magna miseria est/ ad presens misericordiam non consequi. Et Sm Augusti. Magna ira dei est quādo peccatē nō corripit: sed licentiam vagam in peccatum ruendi permittit. Aliquando vt spē maiorem ad deum habeat: et reducitum ampliorem inde accipiat. vnde Aug. Cum timore debes esse quādo tibi bene est. Bonne metius est tentari? probari: q̄ non tentatū reprobari: vnde? Bern. Tunc magis truitur deus cum non frustratur. Non enim cum nescio sed cum sentio te iratum/tunc maxime con-

Pā. exx.

Psal. exxi.

Piere.

Jacob. i.

Chrysost.

Tribulatio maloꝝ.

Job. v. Prouer. xx.

Piere. xvij.

Aug.

Piere.

Aug.

Aug.

Bern.

fido propitium: et enim cum iratus fueris misericordie recordaberis. Aliquādo vt q̄ paratus sit deus ad succurrendum homo sciat: si tamen ad eum toto corde recurrat. vñ Psal. Ad dominum cum tribularer clamaui: ? exaudiuit me. Aliquādo vt homo probetur si deū amet? si virtutes in se habeat. vnde Grego. Pena interrogat si quietus quis deū veraciter amat. ? iterum. Nemo in pace vires suas cognoscit: si enim bella desint virtutum experimenta non proderunt. Aliquando vt homo inde probationē habeat? per patientiam coronam maiorem? meritum ampliꝰ accipiat. vt patet de Job ? martyribus. vnde Jacobus. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite/ quā repromisit deus diligentibus se. ¶ Item Sm Chrysso. vt signum creditorum sibi thesaurorum. i. bonorum collatorum ac capiat: meq̄ esset superueniret ei diabolus nisi eum maiori honore affecerum videret. sicut insurrexit aduersus Adam: quia multa illum dignitate vidit conspicuum. ? contra sanctum Jobiquita videbat illum a deo miris laudibus coronarum. Insuper quidam flagellis? tribulationibus arterunt: non ad peccati punitionem? vindictam? ad eterne dānationis inchoationem? augmentum: quod reprobortī est proprium. sicut Antiochus et Herodes ac quidam alii sunt passi: ? multi adhuc hodie videntur pati: quibus congruit illud Prophete. Duplici contritione contere eos. talibus enim presentes in plestie sunt quoddam preambulum et initium penarum gehenne: quia afflictionum suarum miseria ostendunt quod perpetuo in gehenna passuri sunt. Circa suos vero dominus omnia misericorditer ordinat: ? ad vtilitatem eorū cuncta dispōsat. Omnia ergo vel tuste vel misericorditer facit vel fieri permittit dominus: ? ideo in omnibus semper est laudandus. vnde Aug. Vere fidelium humilitas est: in nullo superberein nullo murmuratenec in gratiarum esse nec querulum: sed in omnibus dei iudiciis gratias deo agere deumq̄ laudare: cuius omnia opera aut iusta sunt aut benigna. hec August. ¶ Vio tracp consideranto/ sic cor nam frabulare et ordinare studeas: vt in contingentibus aduersis et quibuscunq̄ displicentiis humiliter ac patienter ? tranquiler te habeas: ? in via spiritualis te exerceas: vt eius repletus seruore etiā hec pro amore domini Jesu appetas/? in se ? in suis hāc viam exeisam tenuit et monstrauit et exēplum ambulandi per eam omnibus reliquit. Patitur ergo et sustinet vt electi? filii regni affligantur hic in interiori homine? exteriori. Nam Sm Apostolum. Omnes extra disciplinam sumus non filii sed adulteri sunt. Et Sm Aug. Quis exemptus est a passione flagellorum: exemptus est a numero filiorū. Unde? idem Aug. Nemo sibi promittat q̄ euangelium non promittit. Necesse est vt vsq̄ in fine sic sint sicut scripture dixerunt. Non nobis promittunt scripture nostre in hoc seculo nisi tribulationes/pressuras/ angustias/augmenta dolorū/abundantiā tentationum. Ideo ista precipue nos paremus ne imparati deficiamus. ¶ Sed aliquando peccatores in hac vita aut non aut minus flagellātur: quia tam desperata est correctio eorū. Et vere illi quibus paratur vita sempiterna/necesse est vt hic flagellentur: qt flagellat omnē filium quē recipit. i. qué receptus est in hereditatē eternā. Dicit omnē etiā vinctū: qui sine omni peccato est. Quia ergo flagellat omnem sine peccato: reliquit adoptatū qui est sine peccato. Unicus sine peccato: nō tamē sine flagello/exemplū nobis proposuit in passionibus suis. Nō ergo cōturbari debemus si aliquis sanctus grauia? indigna perpetitur: si obliti nō sumus que pertulit iustus iustorū/sanctusq̄ sanctorū. Omnia eis terrena bona contēpsit vt ea cōtinēda monstraret: tolā terrena mala sustinuit que sustinēda precipiebat: vt nec in illis quereretur felicitas/nec in istis timeret infelicitas. hec Aug. Expedit igit nobis tribulari hic? affligi: ? ideo non debemus in his frangi vel impatientes esse: sed potius hec alacriter facere? diligere: quia sepe a malo nos retrahunt? ad bonum inducunt.

Heb. xij August. de flagellis oīū.

Non flagellati.

Heb. xij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunt. Contraria vero pio aduersarius habere debemus & fugere: quia contraria predictis in nobis efficiunt. Oratio.

DOmine Iesu Christe qui eos in expugnabilis murus olim in te sperantibus: esto in tribulatione mea refugium. Vide tribulationes & angustias meas: & mei miserere: & per omnes miserationes tuas mihi succurre. Vide infirmitatem meam: & paterna miseratione me prege: vt tua suffultus prudentia nunq̃ tua destituar consolatione: miserico[r]dia. Memento die creature tue: & insidias eos mihi hostes a me repelle: vt tua mihi munima bonitatis tue dulcedine in me cognoscã: & digna penitentia peccatis meis exoluã. Amẽ.

¶ De natiuitate saluatoris. Correspondet euangelio. Exijt edictum a Cesare Augusto. Capitulum. ix.

IN diebus illis [scz maria ad huc pregnãte] exijt edictum a Cesare Augusto vt describeret [.i. inscripto redigeretur] vniuersus orbis [.i. quilibet in ciuitate sua sub censu videlz perseuerãdo. vt ait Grego. Nascituro dño orbis describit: qui ille venebat in carne/qui electos suos ascriberet in eternitate. Vltimam dñe Iesu de electis tuis me miserũ facias: vt me in eternitate ascribas. Vnte regi nro debem⁹ censum fidei & iustitie /petere: corde/ore/& opere. huic debemus denarij.i. aiam lumine vultus ei⁹ insignitã: vel decalogũ legio in quo vultũ regis nri.i. volũtatẽ eius inuenimus. Sicut ei⁹ null⁹ a denario ere piebat: sic nullus ab obseruãtia mãdatorũ excipit. ¶ Vbi nocãdũ q̃ primus imperator romanorũ fuit Julius Cesar/qui ẽm Isidoro. ib Cesar appellatus est: qi cesso mortue matris vtero eductus /platusq̃ fuit: vel qi cũ cesarie natus est: vel qi fortiter hostes cedebat. vñ ab eo imperatores ceteri sunt Cesares appellati. Julio motuo successit sibi Octauianus August⁹ nepos Julii imperator: scõs: ideo appellatus August⁹: qi maxime rempublicã et romanũ aurit imperiũ. Unde ab eo imperatores ceteri dicti sunt Augusti. Vide recto cognomine predecessorũ scilz Cesare: vna cũ cognomine suo scz Augusto/vocatus est Cesar Augustus. Ti quo mẽsio qui primus vocabatur sextilis dicus est august⁹: vel qi in eo natus est: vel qi tunc de victoria rediit. Ti tẽpore istius primo pceptas cepit imperũ q̃ grece dicit monarchia. & regnauit annis. lvi. & semis. Vic. xij. annis circa tẽpus natiuitatis xpi in pace regnauit: & tali tẽpore pũs eni par ista famula bak nasci voluit: qi pace magnopere quesiuit/& pacis charitatisq̃ amatores & etiã sectatores semper inuisere dignatus est. Quis enim nasciturus erat rex pacificus & princeps pacis: cõgruũ fuit vt ipse ante ortũ suũ pace quasi pncũciã premitteret: quã etiã pace ipse postea vinẽs in mũdo docuit/& exemo de mũdo discipulis reliquit. Ex quo etiã moraliter datur intelligi q̃ verbũ eternũ nõ nascitur nisi in corde pacato. Unde ps. In pace factus est locus eius. Pacatis ergo oibus regionibus per orbẽ vniuersum: eis quieti siteuriũ vniuersalis pacis sub Cesaris Augusti imperio pturbata pis⁹ secula seruallent: memoratus Augustus rẽpublicã legibus pacificis adequare & nutrire desiderijs prouidit edicto/vt describeret vniuersus orbis. Volens enim scire numerũ regionũ in orbe que ditioni subderãtur romane: numerũ etiam ciuitatum in qualibet regione: numerum quoq; capitũ.i. personarũ in qualibet ciuitate: vt sciret q̃ & quanta deberẽt iure tributa dare: & sic tributis indebitis nõ grauarentur: & sciret per quẽ modũ singule terre sub Romano imperio melius regerentur: pceperat vt de suburbanis oppidis ac vicis & plagis vbicũq; habitarent ad suam boles ciuitatẽ cõfluerent vbi territoriũ habebant vel origine trahebant: & quisq; denariũ sciz nummũ argenteũ pcedecem nummoꝝ vsualium [vnde et denarius dicebatur] presidi .puincie tradens se subdituꝝ Romano imperio recognosceret/ & ad soluendũ tributa se obligaret. Nã & numerus pferebat Cesaris imaginẽ: & nois ei⁹ subscriptionem. Dicebatur autem professio: quia quilibet quando reddebat pfecti denariũ/ponebat illi super caput suum: & propitio ore fatebat se Romano imperio esse subditum. Vel aliter. Augustus dicitur ab augendo. Augustus enim dicitur ab augendo. Augustus enim dicitur ab augendo. Augustus enim

pter conuentū ⁊ frequētiā multorū qui ob eādem causam conuerrāt. ☞ patere hic domine ⁊ conspice de Marie non inuenient hospitū cōparatēdū.

licatam inuentulā ignotū quinde: eim ex lōgo itinere fatigatā ⁊ cum verecūdia inter hoies vrianē, que rentē vbi quiesceret ⁊ nō inueniret.

Diuersorium mystice.

Omnes eā ⁊ locū licētiant. ⁊ abdicāt: et sic in cōi trāsitu in diuersoriū se receperint: qđ intra ciuitatē in fine turris vnā portarū sub rupe constituta erat: nō habens desuper tectū (vt hodie cernit) nisi rupem de mōte dependentē. Sētus Beda. Diuersoriū est spatiū inter duos vicos ex vtroq; latere habēs murū ⁊ ex vtraq; parte portā: vt sic inde exitus in virtuq; vicū desuper cooperti⁹ propter aeris intemperiem: vt in festiuis diebus possint vbi homines cōuenire ad colloquēdū et solatiādū. Et figurat ecclesiā inter paradisum ⁊ mundū existentē in qua diuertamus ab erroribus mūdi huius. Ibi ertā hominēs ad illā ciuitatē. propter negociū aliquod venientes / animalia. propter aeris intēperiē locare cōsueuerāt. Unde ⁊ diuersoriū dicebatur: qz illuc hoies diuertebāt. Forte

Bos ⁊ asinus.

ibi Joseph habet liguarius presepe fecerat boui ⁊ asino quos secū duxerat. Asinum quidem vt virgo pie gnans super eum veheretur: bouem forte vt ipsum vēderet ac censum pro se et pro virgine solueret et de residuo viuerent. Uel forte aliquis alius bouem adduxerat vt illum ibi venderet: qui tunc cum asino in eodem presepio comedebat.

Chryso. De paupertate parētum xpi.

Chryso. Qui cūq; pauper est accipiat cōsolationem. Joseph ⁊ Maria mater dominī non habebant seruientem: non ancillam. De galilea de Nazareth sibi venientem non habebant timentem. Ipsi sunt domini et famuli. Rem nouam. Ingrediuntur in diuersorium / non ingrediuntur in ciuitatem: pauperias enim timida inter diuites non audebat accedere. Ubi cum venisset hora partus / scilicet in media nocte dixit dominice dum nox medium iter haberet, nam ea die qua dixit Fiat lux. ⁊ facta est: visitauit nos oriens. et alio⁹ [pepererit virgo filium suum primogenitum] id primogenitum tamen non dicit hic ordinē respectu sequentium sed primationem respectu priorum: quia nullum habuit ante illū. Unde de fm Beleam. Primogenitus dicitur non post quem alius sed ante quem nullus. Et fm eundē / omnis vnigenitus est primogenitus: et omnis primogenitus vt sic est vnigenitus. Et qz filius dei cōpositor nō sci voluit ex matre sēm carnem vt ipse multos fratres acquireret per regenerationem spiritus: hinc est q vt sic melius est dictus primogenitus quā vnigenitus. Et hoc est quod dicit Beda. q Ipse est vnigenitus in substantia diuinitatis / sed primogenitus in susceptione humanitatis. In nocte natus fuit: quia occultus venit: vt et eos qui in nocte erroris erant ad lucem veritatis reduceret. Filium quoq; natum mater statim vt deum adorauit [inuoluit⁹q; ip semetipsam [pānis] id est vilibus et veteribus indumentis. Unde pānosi dicuntur pauperes qui panno indumtur veteri. buo instimul consurto. [Et reclinauit eum] ac posuit: nō in reclinatorio aureo: sed [in presepio] in medio bouum animalium predictorum: scilicet inter bouem ⁊ asinum [quia non erat et locus] alio⁹ [in diuersorio.] Ecce magna xpi paupertas ⁊ inopia: quia non solum nō habuit domum propriam sue natiuitatis: sed nec in communi diuersorio potuit habere locum conuenientem et congruum: et ex ipsius eum penuria loci in presepio reposuit. Unde verificatum est illud. Uulpes foueas habēt / volucres celi nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et intelligit q diuersorium illud ⁊ stabulū erat vna animalibus⁹ altis repletum: vt nō haberet locum nisi inter bruta animalia arctissimum. Unde poterat dicere illud Psal. Ut iumentum factus sum apud te: ⁊ ego semper tecū. Primo quoniā in virginis aluēolo. Secūdo in vili presepio. Tertio in crucis patibulo. Quarto in sepulchro etiā alieno. Ecce quātā inopiā ⁊ qualia reclinatoria. ☞ Uidere ex premissis q ip̄s incipiebat statum perfectionis exēplo docere qui cōsistit in humilitate / austeritate ⁊ paupertate: vtvere posset dicere illud

Paupertas ⁊ humilitas parentum xpi.

Beda. Quid sit primogenitus.

Beda.

Bernar.

Psalm. lxxxvii.

Xpc nascendo fecit xpi exemplum.

Strauit / fecit / docere / reclinauit.

Fo. 87. Psal. Pauper sum ego ⁊ in laboribus a iuuentute mea. Dic ergo damnatur huius mūdi honor: eo ac pene ac vanitate: et inde q̄ delicie ac molliries ⁊ carnis delectationes: insup dimitte ⁊ abundante ac superfluitates. Unde Anselmus. O amanda ⁊ admiranda dignatio. Deus immensē gloie / permixo cōtemptibilio fieri non despexisti: dominus omniuz conseruus apparere voluisti. Parū nibi visum est parē nobis esse: ⁊ frater noster esse dignatus es. Et tu domine vniuersorum / qui nullam habes indigentiam: inter ipsa natiuitatis tue initia nō horruisti abiectissime pauperratis degustare incōmoda. Ut enim ait scriptura: nibil nō fecerio. Nō erat locus in diuersorio: nec cunabula que teneri ne dum tuā acciperent hanuisti: sed in vili presepio sordentis stabuli, tu qui terraz palmo concludis / inuolutus pannorum reclinatus es: et hoc ipsum a bruto animalibus mater tua ministro accepit. Consolamini consolamini / qui in sordidibus pauperratis enumtis: quia vobiscum est deus in pauperrate. Non cubat in delectis splendidi cubilis: nec imminet in terra suauiter vinētrum. Quid igitur gloriaris (o diues) res intea / in voluptabro lecti pieri ⁊ delicati: cum vet regum suo recubitu stramenta pauperū honestare maluerit? Quid dura strata detestaris: cum tener in cunabulis in cuius manu sunt oia regna: tunc sericis plumeis lectis duras tumentorum stipulas preelegerit? vnde Bern. Non consolatur xpi infantia garrulos: non consolatur Christi lachryme cachinnātes: non consolantur panni eius ambitioso in stoffis: non consolatur stabulum ⁊ presepe amātes primas cathedras in synagogis. Uigilātib⁹ pastorib⁹ annūciatur gaudiuz lucis: ⁊ eis dī esse natus saluator pauperib⁹ atq; labentibus: non vobis diuitibus qui vestram habetis consolationē / non dicimus. Et iterū. Nascitur dei filius: in cuius arbitrio erat quodcūq; vellet eligere / tempus elegit quod molestius est presertim parturiēti⁹ q pauperis matris filio: q̄ vix pannos haberet ad involuendum: presepe ad reclinandum. Et cū tanta esset necessitas: nullam audio fieri pellium mētionem. Christ⁹ vtiq; qui non fallitur: elegit q̄ carni nostre lestius est. Id ergo melius / id vtilius: id potius eligendum: ⁊ quicq; aliud docear vel suadear / ab eo rāq; a seductore auertā. Et tamen frater ipse est promissus olim p Esaiam. Puruulus scies reprobare malum ⁊ eligere bonum. Malū ergo voluptas corporis est: bonum vero afflictio est. Siquidem ⁊ hanc elegit ⁊ illam reprobauit puer sapiēs: verbum infans: infantulus tener. caro scilicet infirma: caro omnis laborum impatiens / omnis operis impatiens. Itaq; tam carnalis homo fuge voluptatē: da posita est mors secus delectationis introitum. Age penitentiam: quia per illam appropinquat regnum. Hoc stabulum illud predicat: hoc presepe clamat: hoc mētia illa infantilis manifeste annunciant: hoc lachryme ⁊ vagitus euangelizāt. O duritia cordis mei. Ultima domine: sicut verbum caro factuz es / ita carnē fiat ⁊ cor meū. Siquidem ⁊ hoc petitorium es p̄ prophetam. Auferam (inquiens) a vobis cor lapideū ⁊ dabo vob⁹ carneū. hec Bern. ☞ Uidisti ergo sacratissimi principio: vidisti simul ⁊ partū regine celestis. ⁊ in vtroq; arctissimā pauperratē attendere potuisti. Hec virtus est illa euāgelica margarita. p qua emēda ⁊ cōparāda oia sūt vendēda ⁊ dāda. Hec est tot⁹ spiritualis edificii primarij fundamentū. Hec est spūalis vie salutis cāp humiliratis fundamētū: ⁊ perfectionis radix cui⁹ est fructus mūtipler / sed occultus. Potuisti etiā attendere in vtroq; profundissimā humiliratē. Nō est sine stabulū dedignari / non presepe / non senū / non cetera vilia: ad dandum nobis exēplū perfecte humiliratis. Sine hac virtute salus nō est: quia nulla operatio nostra cum superbis deo placere pōt. Nempe vt virtutes sepe dentur / vt accepte seruentur aut seruate consummentur: humilitas meret: ⁊ absq; ista tille nec esse virtutes videntur. Potuisti etiam attendere in vtroq; (et maxime in puero Jesu) nō paruam corporis afflictiones. Inter ceteras autem hec vna fuit: q̄ quando mater sua in presepio eum lauit / et pannar secum vel aliud

£ 30. 36.

I Paupertatis cōmendatio

Humilitatis cōmendatio

Afflictiones xpi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiusmodi nō habere: ad caput eius quendam lapidem non sine grandi cordis amaritudine posuit: interposito forte feno quod ab animalibus mundo accepit. Et (vt dicit) adhuc tale lapis ibidem ad memoriam reseruatus videtur. Paupertate igit & humilitatē afflictionemq; corporis studeas & tu pio posse ampiecti: & in his Christum pio modulo tuo imitari. vnde Bern. Tribus exemplis viam nobis ostendit qua eum sequi debemus. Exemplo paupertatis: quia in hoc mundo diuitias habere noluit: quod exemplum leuem facit & expeditum vt curras. Exemplo humilitatis: quia mundi gloriā spernit: quod modicum facit vt laxeat. Exemplo patientie: qui a malasustinuit. quod fortem & robustum facit vt sustineat. Nec Bern. secundum Anselm. Redemptor noster ecce carne luminibus collyrium sue incarnationis appositit: vt qui dēi in secreto materialis fulgentem videre non poteramus: deum in homine apparentem aspicere cimus / aspiciendo cognoscere emus / cognoscendo diligere imus / diligēdo summo studio ad eius gloriam peruenire satagere mus. Incarnatus est: vt nos ad spiritualia reuocaret. Mutabilitatis nostre participē factus est, & vt nos fue incommutabilitatis participes faceret. Inclinauit se ad hūilia nostra: vt nos ad excelsa sua sublimaret. Et secundum Chrys. Filius dei naturalis / etiam David filius esse dignatus est: vt nos filios dei faceret. Seruum suum habere pārē dignatus est: vt nobis patrez faceret deum. Non enim frustra nec vane ad tantam humilitatem ipse descendit: vt nos ex humili sublimaret. Plurus est secundū carnem: vt nos secūdus spiritum renasceremur. Et quia partus sequitur conceptionem sicut fructus florē tenem: congruū fuit q̄ Christus qui conceptus fuit in flore / scilicet Nazareth quod interpretatur flos: nasceretur in fructu / scilicet Bethleem quod interpretatur domus panis vel refectionis: q̄s pertinet ad fructum. Quotidie quoque dominus in Nazareth concipitur & in Bethleem nascitur: cum aliquis fidē verbi suscepto se domum eterni panis efficit. Ideo etiā congruum fuit vt in Bethleem (que domus panis interpretatur) Christus nasceretur: quia ipse est panis viuus qui de celo descendit: qui electorum mētes interna saturitate reficit. Natus quoq; i Bethleem que inter omnes ciuitates Iude exigua erat: nolluit quenquam de terrene ciuitatis sublimitate gloriari. Qui nam i parētum domo sed in via nascitur: vt se peregrinum esse / & regnum suum de hoc mundo non esse ostenderet: qui etiā dicit. Ego sum via: qua scilicet ad patriam veniamus. In diuersorium se recepit: vt nos non patria sed diuersoria in hoc mūdo habere doceret. Stabulum ad nascendum elegit: vt curiositatem edificiorum & gloriam mūdi damnaret. Paruus factus est: vt nos magnos ac viros perfectos efficeret: & ne vltra magnificare se homo super terram appeteret. Infirmus factus est: vt nos ad bona opera fortes & potētes faceret. Pauper factus est: vt sua inopia nos ditaret: & ne deterrentis diuitis quisquam se extolleret. Pānis vilibus inuolutus est: vt nos laqueis mortis absolueret: & stola primo immortalitatis indueret. Manus & pedes eius constringuntur: vt manus nostre ad bene operandum laxentur: & pedes nostri in viam pacis dirigantur. In diuersorio loco egnit: vt nobis i domo patris sui mānsiones multas prepararet. Et sic in presepe angusto positus est: vt lectos deliciarū & ample edificia reprobaret: & vt nos per celestis regni gaudia dilataret: & nos locum cordis nostri sibi propriuz dilataremus. Iuxta illud. Fili prebe cor tuum mihi. In presepio etiam reclinatus est: vt nos quasi sacra animalia carnis sue frumento reficeret: & vt cibus esset iumentorum: homo enim factus est tumentum per peccatum mecum: dum illud. Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus / & similis factus est illis. ideo dominus factus est cibus quod est cibus iumentorum: quia verbum caro factum est: & omnis caro fenum. Bos quippe designat populum Iudeorum: & asinus qui designat populum gentiū: dominum in medio habentes & miraculose cognoscentes flexis genibus incessanter eum adorabant: & tanq̄ laudando voces dabant. vnde Ambro. Infantis audio vagitus: nō audio bouis dominum agnosco: presepe mutum: & asinus presepe domini sui. vnde & Gregorius Nazianzenus. Venerare presepe illud: per quod cum esses pene tam mutum animal / pasceris nunc verbo & ratione dei. Agnosce (vt bos) possessorem tuum & sicut asinus presepe domini sui, sine fit de numero mundorum animaliū es / & eorum qui ruminare norunt: & verbum dei ad memoriam reuocare: quicq; etiam diuinis sacrificijs atque altaribus apti sunt, seu certe ex immundis eos animalibus / & neque cibis nec sacrificijs denotatus es.

Ambro. Esa. i. Gregorius Nazian. Iumentum & bos. Jo. xxii.

Et Per Mariam ecclesia designari potest / & per Ioseph sponsus eius epi scopus. Propter quod annulum habet sicut sponsus. & sicut Maria fecunda fuit non tamen a Ioseph spō so sed a spiritu sancto. sic et ecclesia fecunditatem gratie habet a Deo. Vt ascendunt ieiendo in Bethleē ciuitatem suam / scilicet celestem: & professionem omnium imperatori exhibere seruitutem. Ecclesia vero in qualibet bona persona parit filium quando bonum pium cōcepti perducit ad effectum: et paruus inuolute quando ab humanis laudibus hoc abscondit: & in presepio reclinatur quādo ex bono opere nō eleuat / sed magis se humiliat. Nascentem etiam dominum angeli circundede runt & natum statim adorauerunt. Wolatie

[Et pastores erant in eadem regione vigilantes super gregem suum] Ppe p militare. s. iuxta turrim quādam inter Bethleem et Hierusalem vbi Jacob rediēs de Mesopotamia moriens est cū grege suo / vbi mortua & sepulta est Rachel: & turris gregis dicitur. Ubi etiā in ecclesia tria pastorum illorum monstrauntur monumēta. [Et ecce angelus domini] circa quartam vigiliam noctis venit ad eos. Dicitur enim nox in quatuor vigilias. et [steterit turba illoo] in veste candida & facie rutilā et iocunda. Et creditur fuisse Gabriel: qui virginī conceptum verbi nunciauerat. Unde ipse amplius ceteris gaudens de impletione eius Quod preceratiante omnes se pigere bat vt Christi natiuitatem predicet. [et claritas dei circumfulsit illos] vndique exterius in corpore et etiam interius in mente / in signum q̄ eor⁹ erat sol iustitie / & in tenebris lumen rectis corde et appropinquabat claritas gloriæ. Ideo ergo immē angelus attulit: quia eum nunciare venerat qui est lux vera que omnez hominem illuminat. Magis autem apparuit angelus pastoribus q̄ alij generi humano. Primo quia pauperes propter quos Christ⁹ venerat: secundum illud pe. Propter miseriam inopū et gemitum pauperum &c. Secundo quia simplicesq; iuxta illud Prouerb. Et cum simplicibus sermocinatio eius. Tertio quia vigiles scilicet secundū illud Prouerb. qui mane vigilauerit ad me inuenient me. Quarto propter mysterium: vt significetur q̄ doctrina debet a pastoribus & prelatis venire ad subditos. [Et timuerunt timore magno] propter insolitam angelicā visionē & subitā claritatem. Sed angelus eos consolatur dicens. [Nolite timere.] Cuius causa subditur eis dicitur. [Ecce enim euangelizo]. i. bonum nuncio [vobis] scilicet [gaudiū magnum quod erit omni populo]. i. ecclesie de circumcisione populis. s. iudeorū & gentium colligēde: quia [natus est vobis]. i. ad vtilitatem vestrā. s. hominum. [hodie]. i. in isto die naturali noctem precedentem suppositō ad diem sequentem. Unde ex hinc nox incepit precedere diem. & postea dicit hodie q̄ hac nocte: quia gaudiū venerat nunciare et nox illa sicut dies illūmata fuit ex diuina claritate. [saluator]. i. saluus amator / & dispensator [qui est Christus] quoad humanitatem [dominus] quoad diuinitatem / in ciuitate david]. id est Bethleem vnde David traxerat originem. Christus grece idem est qđ vnctus latine. In veteri autem lege vngebantur tantum reges et pontifices. Christus vero rex est et pontifex: et ideo bene dicitur Christus.]. vnctus non vnctione humana sed diuina: quia in humanitate pro nobis assumpta fuit vnctus a deo patre / immo a tota trinitate plenitudine gratie. secundum Bedam. Aliter angelus Moriam / aliter Joseph / aliter pastores instruit. scilicet et eōcipiē

Turris ad quā pastores venerūt.

Monumēta pastorum.

Gabriel.

Pastores.

Prouer. iii.

Ibidem viii.

Christus vnde dr.

Lapis Christo sub capite positus.

Bernar. Tribus exemplis xpo seruandus.

Anselm⁹ de xpo inuitādo.

Chryso. Cur filius dei factus.

Locus cōceptionis & partus xpi ostenditur cōgruus.

Pisum. Fabi.

Jesaie. xl. & Esa. xlii.

dum & conceptum & natum dominū
fecit audire & videre sufficienter im-
buat & sum deo seruitiū incessan-
ter impendat. [Et hoc vobis sit si-
gnum] inquit Judeorum qui signa
querunt [inuenietis] scilicet ramē
absconditum non se ostendentē [in-
fantem] non fantem: & tamen verbū
dei existentem [panno] no fericeo
[inuolutum] ecce eius paupertas
& hospitio vilitas [& positum in pre-
sepio] non in reclinatorio aureo. ecce
mira humilitas vt dominus do-
minorum reclinatoriū se ipsi ad presē
pe animalium vilissimum. Et notan-
dum quod pastores erāt simplices
pauperes & humiles seu contempti
biles: ideo ne timerent accedere da
tum est eis signū infantie pauper
tatis & humilitatis in Christo. Hec
sunt signa aduentus primi: sed alia
erunt signa aduentus secundi. Mo
raliter in hoc instruimur qualiter &
a quibus Christus inueniatur. Quia
nō nisi a paruis & simplicibus: quod
respondet eius infantie: & a paupe
ribus: quod respondet pannis in
uolutionis: et ab humilibus & contem
ptibilibus / quod respondet eius in
presepe reclinatorio. Quattria com-
prehenduntur in tribus votis reli-
giosorum: scilicet castitate quantuz
ad primum: paupertate quantū ad
secundum: & obedientia quantū ad
tertium. et bene nato summo pasto
re angelus pastoribus apparuit et
vigilantibus: instituamus quales de-
beant esse pastores ecclesie. i. humi-
les & vigilantes. Vnde ergo secū
dum Bedam isti pastores gre-
gū signant doctores & rectores fide
lium animarum qui vigilant super
viram subditorum ne delinquant: &
custodiunt vigilias noctis sup gre-
gem suum ne infernalium luporuz
morsibus pereant. Nox enim per-
cutla tentationum indicat: a quibus
se suosq; subiectos omnes qui perfe
cte vigilant custodire nō cessant. Et
iuxta illos stat angelus ad cōfū cu
stodiam [et claritas dei circumfulsit
illos] ad fidem et subditorum di-
rectionem. Et secundum eundē Be
dam: nec solum episcopi / presbyteri
diaconi vel etiam rectores mo-
nasteriorum pastores intelligendi
sunt: sed etiam omnes fideles qui
vel paruule domus siue custodia ge
runt / pastores recte vocantur inquā
tuz sue domui sollicita vigilantia
presunt. Et quicunq; talem vel
nouum fratrū quotidiano preest
regimine / debet eisdem pastoris of
ficiū impiere: quia iubetur inquan-
tum sufficit hos verbis apibus pa-
scere. Imo vero vnusquisq; q̄ etiā
primat⁹ creditur viuere pastoris of
ficium gerit: & spiritualem pascens
gregem vigilias noctis supra illuz
custodiat: si bonorum actuum & mun
darum cogitationum sibi multitu-
dinem aggregans / hunc tuto mo-
deramine gubernare / et celestibus
scripturarum pascuis nutrire / per
vigilisq; solertia contra immundos
spirituum insidias seruare contem
dit. Cumq; pastores de visis & audi
tis mirarentur: ne vnus angelo et
testis authoritas parua videretur /
pligno & concordia testimonij [tu-
bito facta est cum angelo] qui tanq̄
primcipalis inter alios nunciat eas
natiuitatem Christi [multitudo mi
litie celestis]. i. angelorum qui no-
mine militie designantur quia pro
salute hominum cum demonib⁹ pu
gnaturi: vel quia natus est rex celes
tis ideo multitudinem angelorum
nomine militie designat: quia vero
dixit ad preium natus est / ideo cum
secundum aliam literam exercituz
appellat [laudantium deum] consō
na voce de Christi natiuitate eo q̄
ipsum scirebant homines ad salutez
deduci / & ruinam angelorum repa
rari: & in honorem dei vna benedi
ctione [dicentium Gloria in excel-
sis deo]. i. in celis: quia licet ei⁹ glo
ria vbiq; relucea: maxime tamē in
celo empyreo / vbi est angelorum et
sanctorum habitatio. q. d. in terris a
multis despicit: sed in celis ab om-
nibus glorificatur. [Et in terra pax
hominibus] nō qualcunq; sed [bo
ne voluntatis] scilicet eis qui bona
voluntate Christum natum suscipi
unt / non persequitur. Non enim est
pax impijs: sed pax multa diligen-
tibus legem domini. Nam secundū
Zeonem papā Christiano vera pax
est a dei voluntate non dimidi / et in
his solis que dei sunt delectari. Ad
deum quippe patem habere est vel
le quod iubet / et nolle qđ prohibet.
Pax ergo nunciatur hominibus bo
ne voluntatis. i. hominibus bonis.

Vniuersi fideles.

Militia ratio.

Gloria.

Pax hominū.

Pfalmus cxviii. Leo papa de pace vera.

Bonitas voluntatis.

Prouerbia.

Esaias.

Beda.

"Per bonitatem enim voluntatis di
citur homo simpliciter bonus: magis
q̄ per bonitatem aliarum potentia-
rum animę: quia voluntas mouet a-
lias potentias ad actus suos: & ideo
bonitas eius vel malitia in omneq
actus redundat potentias / sicut in
fluentia cause mouētis in motis ab
ipsa. Malus autem hominibus non
est par: quia non est pax impijs. Et
hoc etiam verbo angeli patet q̄ illa
pax que primo pliter per prophe-
tas predicta fuit futura in aduentu
Christi / erat pax interies bone voli
tatis: quia secundū q̄ dicitur in Pro
uerbijs. Non contristabit iustū quic-
quid ei acciderit. Pax autem repor
dicitur esse in fine istius vel illius. et in tali loco erat iesus. [Et accesserūt ad eum] non tanq̄ doctori et simplici vt addiscerent: sed tanq̄ iudici vt inter eos diuideret hereditatem. Et dixit eis. Videte et cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia alicuius vita eius est ex bonis que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Homines diuitis vberes fecit ager. Et cogitabat intra se dicens. Quid faciam quia non habeo quo congregabo fructus meos? Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea mea et maiora edificabo: et congregabo illuc omnia que nata sunt mihi et bona mea. Et dicam animę meę. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requiescito: comede: bibe: epulare. Dixit autem deus illi. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. Quę autem parasti cuius erunt? Sic est qui thesaurizat sibi: et non est in deum diues. Et conuersus ad discipulos suos dixit illis. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse aiae vestrę quid manducetis: neq̄ corpori quid induamini. Anima plus est quam esca: et corpus quam vestimentum. Considerate corui quia non seminant neq̄ metunt: quibus non est cellarium neq̄ horreum: et deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neq̄ quod minimum est potestis: quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant neq̄ nent. Dico autem vobis: nec Salomon in omni gloria sua coopertus fuit sicut vnum ex istis. Si autem fenum quod hodie in agro est: et cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quanto magis vos modicę fidei? Et vos nolite quęrere quid manducetis aut quid bibatis: et nolite in altum mente trahere. Hec enim omnia gentes mundi inquirunt. Scit autem pater vester quia his indigetis. Verumtamen quęrite primum regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adicientur vobis. Nolite timere pusillus grex quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite que possidetis et date elemosinam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in celis: quo fur non accedit neq̄ tinea corrumpit. Erunt lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis: vt cum venerit et pulsauerit confestim aperiant ei. Beati serui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discumbere: et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia: et si in tertia vigilia venerit et ita inuenerit beati sunt serui illi. Hoc autem scitote quod si sciret pater familias qua hora fur veniret: vigilaret vtique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis venit. Petrus autem dixit ad illum. Domine ad nos dicis hanc parabolam an et ad omnes? Et dixit dominus. Quis putas est fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius inuenerit ita facientem. Vere dico vobis quod super omnia que possidet constituet eum. Si autem dixerit seruus ille in corde suo. Moram facit dominus meus venire: et cęperit percutere pueros et ancillas: edere quoq̄ et bibere et inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat et hora qua ignorat: et diuidet eum partemq̄ eius cum infidelibus ponet. Seruus autem ille qui cognouit voluntatem domini sui et non preparauit se et non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multis. Qui autem non cognouit et fecit digna plagis vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est multum quęretur ab eo: et cui commendauerunt multum plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt accendatur? Baptismo autem habeo baptizari: et quomodo coarctor vsq̄ dum perficiatur? Putatis quia pacem veni dare in terra? Non dico vobis nisi separationem. Erunt enim ex hoc quinque in vna domo diuisi tres contra duos et duo contra tres diuidentur pater filio et filius patri: mater filie et filia matri: socrus nurui sue et nurus socrui sue. Dicebat autem et ad turbas. Cum videritis nubem surgere ab occidente statim dicitis quia imber venit: et ita fit. Et cum austrum flantem dicitis quia estus erit: et fit. Hypocrite faciem celi et terrę probare nostis: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem et a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Cum enim vadis cum aduersario tuo ad principem in via da operam liberari ab eo ne forte trahat te ad iudicem et iudex tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde donec et nouissimum minutum reddas. In illo autem tempore cum essent quidam nunciantes illi de galileis quorum sanguis pilatus miscuit cum victimis eorum. Et respondens ihesus dixit illis. Putatis quia galilei isti peccatores fuerunt prę omnibus galileis quia talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi penitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Aut illi decem et octo quibus cecidit turris in siloe et occidit eos: putatis quia et ipsi debitores fuerunt prę omnibus hominibus qui habitant in hierusalem? Non dico vobis: sed si penitentiam non habueritis omnes similiter peribitis. Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem ficulneam habebat quidam plantatam in vinea sua: et venit fructum quęrens in ea et non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineę. Ecce anni tres sunt ex quibus venio quęrens fructum in ficulnea hac et non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille respondens dixit illi. Domine dimitte illam et hoc anno vsq̄ dum fodiam circa illam et mittam stercora: et si quidem fecerit fructum sin autem in futurum succides eam. Erat autem docens in vna sabbatorum. Et ecce mulier quę habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat curuata nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum vidisset ihesus vocauit eam et dixit illi. Mulier dimissa es infirmitate tua. Et imposuit illi manum: et confestim erecta est et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset ihesus dicebat turbę. Sex dies sunt in quibus operari oportet: in ipsis ergo venite curamini et non die sabbati. Respondit autem ad illum dominus et dixit. Hypocrite vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio et ducit adaquare? Filiam autem abrahę cum sit et ipsa filia abrahę quam alligauit satanas ecce decem et octo annis non oportuit solui a vinculo hoc die sabbati? Et hec dicente illo erubescebant omnes aduersarii eius: et omnis turba gaudebat in vniuersis quę gloriose fiebant ab eo. Dicebat ergo similem esse regnum dei grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum et crescit et fit in arborem magnam: et volucres celi requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui similem dicam regnum dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farine sata tria donec fermentatum est totum. Et circuibat per ciuitates et castella docens et iter faciens in hierusalem. Dixit autem quidam ad illum. Domine si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam: quia multi dico vobis quęrent intrare et non poterunt. Modicum autem tempus habemus: quia cum intrauerit pater familias et ostium clauserit et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes. Domine aperi nobis: et respondens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te et bibimus: et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium cum videritis abraham et isaac et iacob et omnes prophetas in regno dei: vos autem mittendos foras. Et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro et discumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt nouissimi. In ipsa hora accesserunt quidam pharisęorum dicentes illi. Exi et vade hinc quia herodes te occidere vult. Et ait illis. Ite dicite vulpi huic. Ecce eiicio demonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia die consummor. Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra hierusalem. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et non vultis? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis non videbitis me donec veniat cum dixeritis. Benedictus qui venit in nomine domini. Et factum est cum introisset ihesus in domum cuiusdam principis pharisęorum sabbato manducare panem et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens ihesus dixit ad legis doctores et pharisęos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse autem apprehendens sanauit eum ac dimisit. Et ad illos respondens ait. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet et non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens illis. Cum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias non discumbas in primo loco ne forte honorabilior te sit inuitatus ab illo et accedens is qui te et illum vocauit dicat tibi. Da huic locum: et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade recumbe nouissimum locum: vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem et illi qui inuitauerat eum. Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos tuos neq̄ fratres tuos neq̄ cognatos tuos neq̄ vicinos diuites: ne forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium vocas pauperes debiles claudos et cęcos: et beatus eris quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hec audiens quidam de conuiuis dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Ille autem dixit illi. Homo quidam fecit cenam magnam et vocauit multos: et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirent quia parata sunt omnia. Et cęperunt simul omnes excusare. Primus dixit illi. Villam emi et habeo necesse vt exeam et videam illam: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Quinque iuga boum emi et eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Vxorem duxi et ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus pater familias dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis et pauperes debiles claudos et cęcos introduc huc. Et dixit seruus. Domine factum est vt imperasti et adhuc locus est. Et dixit dominus seruo. Exi in vias et sepes et compelle intrare vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam. Conuenerunt autem ad illum turbe multe et conuersus dixit ad illos. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et vxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare non prius sedet et computat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum? Ne forte postquam posuerit fundamentum et non valuerit perficere omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedet prius et cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit contra se? Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittit rogans ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Bonum sal. Si autem sal euanuerit in quo condietur? Neq̄ in terram neq̄ in sterquilinium vtile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat. Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores vt audirent illum. Et murmurabant pharisei et scribe dicentes quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Ad illos autem hanc parabolam dixit dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues et si perdiderit vnam ex illis nonne dimittit nonaginta nouem in deserto et vadit ad illam que perierat donec inueniat eam? Et cum inuenerit imponit in humeros suos gaudens: et veniens domum conuocat amicos et vicinos dicens illis. Congratulamini mihi quia inueni ouem meam que perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia. Aut quę mulier habens decem dragmas si perdiderit vnam dragmam nonne accendit lucernam et everrit domum et quęrit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit conuocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium fit coram angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Dicebat autem. Homo quidam habuit duos filios. Et dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquam omnia illius consumpsisset facta est fames valida in regione illa et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciui regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant et nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo? Surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi. Pater peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset vidit illum pater ipsius et misericordia motus est: et accurrens cecidit super collum eius et osculatus est eum. Dixit autem filius. Pater peccaui in celum et coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam et induite illum et date annulum in manu eius et calciamenta in pedibus eius. Et adducite vitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est. Et cęperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret et appropinquaret domui audiuit symphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis et interrogauit quid hec essent. Ipse autem dixit illi. Frater tuus venit et occidit pater tuus vitulum saginatum quia salvum illum recepit. Indignatus autem est et nolebat introire. Pater autem illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens patri suo dixit. Ecce tot annis seruio tibi et nunquam mandatum tuum preterii et nunquam dedisti mihi hedum vt cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit occidisti illi vitulum saginatum. At ille dixit illi. Fili tu semper mecum es et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat: quia frater tuus mortuus erat et reuixit perierat et inuentus est. Dicebat autem et discipulis suis. Homo quidam erat diues qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud illum tanquam dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam quia dominus meus auferet villicationem a me? Fodere non valeo mendicare erubesco. Scio quid faciam vt cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis igitur vnoquoque debitore domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Et ait illi. Accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alii dixit. Tu autem quantum debes? Qui dixit. Centum coros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo potest duobus dominis seruire aut enim vnum odiet et alterum diliget: aut vnum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mammone. Audiebant autem hec omnia pharisei qui erant auari et deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est abhominatio est ante deum. Lex et prophete usque ad iohannem: ex eo regnum dei euangelizatur et omnis in illud vim facit. Facilius est autem celum et terram transire quam de lege vnum apex cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam et ducit alteram mechatur: et qui dimissam a viro ducit mechatur. Homo autem quidam erat diues et induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus. Et cupiebat saturari de micis que cadebant de mensa diuitis et nemo illi dabat: sed et canes venientes lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem et diues et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis videt abraham a longe et lazarum in sinibus eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei et mitte lazarum vt intinguat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Dicit ei abraham. Habent moysen et prophetas audiant illos. Qui dixit. Non pater abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad illos penitentiam agent. Dixit autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Dixit autem ad discipulos suos. Impossibile est vt non veniant scandala. Verumtamen vę per quem veniunt. Bonum est ei si lapis molaris imponatur circa collum eius et proiciatur in mare quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis ipsis. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum: et si penitentiam egerit dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te et septies conuersus fuerit ad te dicens. Penitet me dimitte illi. Et dixerunt apostoli domino. Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus. Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis huic arbori morę. Eradicare et transplantare in mare et obediret vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem qui regresso de agro dicat illi statim transi recumbe? Nonne potius dicet illi. Para quod cenem et accinge te et ministra mihi donec manducem et bibam et post hec manducabis et bibes tu? Numquid gratiam habet seruo illi quia fecit que imperauerat sibi? Non puto. Ita et vos cum feceritis omnia que preceptasunt vobis dicite. Serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus. Et factum est dum iret in hierusalem et ipse transiret per medium samarię et galilee. Et cum ingrederetur quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe. Et ipsi leuauerunt vocem dicentes. Ihesu preceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihesus dixit. Nonne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus autem a pharisęis quando veniret regnum dei respondit eis et dixit. Non veniet regnum dei cum observatione. Neque dicent. Ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos. Venient dies quando desideretis videre vnum diem filii hominis et non videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic et ecce illic. Nolite ire neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati et reprobari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus noe: ita erit et in diebus filii hominis. Edebant bibebant uxores ducebant et nubebant ducebantur usque in diem qua intrauit noe in arcam et venit diluuium et perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus loth. Edebant bibebant emebant vendebant plantabant edificabant. Qua die autem exiit loth a sodomis pluit ignem et sulphur de celo et omnes perdidit. Secundum hec erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto et vasa eius in domo ne descendat tollere illa. Et qui in agro similiter non reuertatur retro. Memores estote uxoris loth. Quicunque quesierit animam suam saluam facere perdet illam: et quicunque perdiderit animam suam viuificabit illam. Dico vobis in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur et alter relinquetur. Duo molentes in vnum: vna assumetur et altera relinquetur. Duo in agro: vnus assumetur et alter relinquetur. Respondentes dicunt illi. Vbi domine? Qui dixit eis. Vbicunque fuerit corpus illuc congregabuntur et aquile. Dicebat autem illis parabolam quoniam oportet semper orare et non deficere. Dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate qui deum non timebat et hominem non reuerebatur. Vidua autem quedam erat in ciuitate illa et venit ad eum dicens. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hec autem dixit apud se. Etsi deum non timeo nec hominem reuerebor tamen quia molesta est mihi hec vidua vindicabo illam: ne in nouissimo veniens sugillet me. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte et patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti et aspernabantur ceteros parabolam hanc. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent vnus pharisęus et alter publicanus. Pharisęus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores iniusti adulteri velut etiam hic publicanus. Ieiunio bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Offerebant autem illi et infantes vt eos tangeret. Videntes autem discipuli increpabant illos. Quos cum ihesus aduocasset ait. Sinite pueros venire ad me et ne prohibueritis eos talium est enim regnum dei. Amen dico vobis quicunque non receperit regnum dei sicut puer non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps dicens. Magister bone quid faciens vitam eternam possidebo? Ait autem illi ihesus. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Mandata nosti. Ne adulteres. Ne occidas. Ne furtum facias. Ne falsum testimonium dicas. Honora patrem tuum et matrem. Qui dixit. Hec omnia custodiui a iuuentute mea. Quo audito ihesus dixit adhuc vnum tibi deest. Omnia quecunque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo: et veni sequere me. Hec audito homine contristatus est quia erat diues valde. Videns autem ihesus illum contristatum dixit. Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum dei. Dixerunt autem qui audierunt. Et quis potest saluus fieri? Qui ait. Que impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud deum. Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Ait illis. Amen dico vobis nemo est qui reliquerit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei qui non recipiat multo plura in hoc tempore et in futuro vitam eternam. Assumpsit autem duodecim et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur et postquam flagellauerint occident eum et tertia die resurget. Et ipsi nichil horum intellexerunt et erat verbum istud absconditum a eis et non intelligebant ea que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret hiericho cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Audiens autem turbam transeuntem interrogabat quid hoc esset. Nunciauerunt autem illi quod ihesus nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Ihesu fili dauid miserere mei. Et qui precedebant increpabant eum vt taceret. Ipse autem multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans autem ihesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine vt videam. Et ihesus dixit illi. Respice fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit dedit laudem deo. Et intrans perambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus et hic princeps erat publicanorum et ipse diues. Et quęrebat videre ihesum quis esset et non poterat a turba quia statura pusillus erat. Et ascendit arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciens ihesus vidit illum et dixit ad illum. Zache festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinauit descendit et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant dicentes quia apud hominem peccatorem intrauit hospitari. Stans autem zacheus dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus et si quem defraudauit reddo quadruplum. Ait ihesus ad eum. Quia hodie saluti huic domui facta est eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis quęrere et saluum facere quod perierat. Hec illis audientibus adiciens dixit parabolam eo quod esset prope hierusalem et existimarent quod confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reuerti. Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt reuerteretur accepto regno et iussit vocari seruos quibus dederat pecuniam vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue quia in modico fuisti fidelis eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alius venit dicens. Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alius venit dicens. Domine ecce mna tua quam habui repositam apud me in sudario. Timui enim te quia homo austerus es: tollis quod non posuisti et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tua te iudico serue nequam. Sciebas me quia homo austerus sum tollens quod non posui et metens quod non seminaui? Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt illi. Domine habet decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur: et abundabit ei autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc et interficite ante me. Et cum hec dixisset ibat ante illos ascendens hierosolymam. Et factum est cum appropinquasset bethphage et bethanie ad montem qui vocatur oliueti misit duos discipulorum suorum dicens. Ite in castellum quod contra est in quo intrantes inuenietis pullum asine alligatum cui nullus hominum vnquam sedit: quem soluentes adducite. Et si quis vos interrogauerit quare soluitis sic dicetis ei. Quia dominus eius opus habet. Abierunt autem qui missi erant et inuenerunt sicut dixerat illis stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum? Qui dixerunt. Quia dominus eius opus habet. Et duxerunt illum ad ihesum. Et iactantes vestimenta sua in pullum imposuerunt ihesum. Ascendente autem illo substernebant vestimenta sua sub pedibus eius. Et cum iam proximaret ad descensum montis oliueti cepit omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quibus viderant virtutibus dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini. In celo pax et gloria in excelsis. Et quidam pharisęorum de turba dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Et ait illis. Dico vobis quia si hi tacuerint lapides clamabunt. Et cum appropinquasset videns ciuitatem flebat super illam dicens. Quia si cognouisses et tu quidem in hac die tua que ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo et circumdabunt te et coangustabunt te undique et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus templum cepit eiicere vendentes in illo et ementes dicens illis. Scriptum est. Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et principes populi quęrebant illum perdere et non inuenerunt quid facerent ei. Populus enim vniuersus suspendebatur audiens illum. Et factum est in vna dierum docente eo populum in templo et euangelizante conuenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus et dixerunt ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem ihesus dixit ad illos. Interrogabo et ego vos vnum verbum et dicite mihi. Baptismus iohannis de celo erat an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerimus de celo dicet. Quare non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus plebs vniuersa lapidabit nos. Certi enim sunt iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et ihesus ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Cepit autem ad plebem hanc similitudinem dicere. Homo quidam plantauit vineam et locauit eam agricolis et peregre profectus est multis temporibus. Et tempore misit ad agricolas seruum vt de fructu vineę darent ei. Agricole autem eum cesum dimiserunt vacuum. Et alium seruum misit. Illi autem et hunc cesum et exprobratum dimiserunt vacuum. Et tertium misit. Illi autem et hunc vulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus vineę. Quid faciam? Mittam filium meum dilectum forsitan cum hunc viderint verebuntur. Videntes autem eum agricole cogitabant inter se dicentes. Hic est heres venite occidamus eum vt nostra fiat hereditas. Et eiicientes eum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineę? Veniet et perdet colonos illos et dabit vineam alios. Quod audientes dixerunt illi absit. Ipse autem respiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli? Omnis qui cecidit super lapidem illum conquassabitur: super quem autem ceciderit comminuet eum. Et quęrentes principes sacerdotum et scribe mittere manus in illum in ipsa hora timuerunt populum: cognouerunt enim quia ad ipsos similitudinem hanc dixit. Et obseruantes misit insidiatores qui se iustos simularent vt caperent eum in sermone vt traderent illum principatui et potestati presidis. Et interrogauerunt eum dicentes. Magister scimus quia recte dicis et doces et non accipis personam sed in veritate viam dei docens. Licet nobis tributum dare cesari an non? Considerans autem dolum illorum dixit ad illos. Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem et inscriptionem? Respondentes dixerunt. Cesaris. Ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe et mirati in responso eius tacuerunt. Accesserunt autem quidam sadducęorum qui negant esse resurrectionem et interrogauerunt eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis. Si cuius frater mortuus fuerit habens uxorem et hic sine liberis fuerit vt accipiat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant et primus accepit uxorem et mortuus est sine liberis. Et secundus et tertius accepit illam similiter autem et septem non reliquerunt semen et mortui sunt. Nouissima autem omnium defuncta est et mulier. In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor? Omnes enim habuerunt illam uxorem. Et ihesus dixit illis. Filii huius seculi nubunt et traduntur ad nuptias. Illi autem qui digni habebuntur seculo illo et resurrectione ex mortuis neque nubent neque uxores ducent. Neque enim mori ultra potuerunt equales enim angelis sunt et filii sunt dei cum sint filii resurrectionis. Quod autem mortui resurgant et moyses ostendit super rubum sicut dicit dominum deum abraham et deum isaac et deum iacob. Deus autem non est mortuorum sed viuorum omnes enim viuunt ei. Respondentes autem quidam scribarum dixerunt. Magister bene dixisti. Et amplius non audebant quicquam interrogare eum. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filium dauid esse? Et ipse dauid dicit in libro psalmorum. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dauid ergo dominum eum vocat et quomodo filius eius est? Audiente autem omni populo dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis et amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conuiuiis qui deuorant domos viduarum simulantes longam orationem. Hi accipient prolixius iudicium. Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem et quandam viduam pauperculam mittentem minuta duo. Et dixit. Vere dico vobis quia vidua hec pauper plus quam omnes misit. Omnes enim hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hec autem de penuria sua omnem victum suum quem habuit misit. Et quidam dicentibus de templo quod bonis lapidibus et donis ornatum esset dixit. Venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum dicentes. Magister quando hec erunt et quod signum cum fieri incipiunt? Qui dixit. Videte ne seducamini multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum et tempus appropinquauit. Nolite ergo ire post eos. Cum audieritis autem prelia et seditiones nolite terreri. Oportet enim primum hec fieri sed non statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum aduersus regnum. Terremotus magni per loca et pestilentie et fames terroresque de celo et signa magna erunt. Sed ante hec omnia iniicient in vos manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias trahentes ad reges et presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii vestri. Tradentur autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari ab exercitu hierusalem tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in iudea fugiant ad montes et qui in medio eius discedant et qui in regionibus non introeant in eam. Quoniam dies vltionis hi sunt vt impleantur omnia que scripta sunt. Vę autem grauidis et nutrientibus in illis diebus erit enim pressura magna super terram et ira populo huic. Et cadent in ore gladii et captiui ducentur in omnes gentes et hier

re. [Et] dño [ingemiscens spiritu] quia sicut de hominum salute lęta-tur ita super eorum dolet erroribus [ait. Generatio mala] quoad motũ querimoniæ [et adultera] quoad fidei violentiã / recedẽs a deo vero sponso aliarũ per infidelitatẽ [signum ẽrit] quoad matestatiis indicatione [et si-gnũ non dabit et nisi ione prępere] .i. signũ infirmitatis de quo ps. dicit.

Ps. lxxxv. Fac mecum signum in bonũ ꝛc. hoc enim est signum passionis per quod omnis homo est adunatus et consecra-tus. Simile habes supra vbi plura de hac videas materia. [Et] tanq; obstinatos relinquens pharisęos et saduceos quoad corporis presentiã et gratię effectum [ascendens uerũ nauem] cum discipulis suis [abiit] ab illis [trans fretum] .i. vltra fre-tum genezareth relicto streptu mũ-dano. [Et cum venissent discipuli trãs fretum obliti sunt panes accipere] id est fragmenta panum septẽ spor-tarum [et non habebant nisi panem vnum.] Causa autem huius obliuio-nis potuit esse multiplex. vna prohi-bitio sollicitudinis de crastino. alia occursus pauperum quibus reliqua dimiserant. tertia spes de dño: quia tam visis miraculis certi erant q̃ ni-hil eis deficeret. quarta interna dul-cedo vnꝰ et veri panis habentis i se omne delectamentum quem secum habebant: illo enim capti ne exterio-ri pane non cogitabant. vnde Beda.

Beda. Unus panis quem secum habebant in naui: mystice ipsum panem vite dñm videlicet saluatorem designat: cuius amore quia semper animo refi-ciebantur in corde / minus de terre-no pane quo corpus pasci solet cura-bant. hęc Beda. In quo ostenditur in eis feruor et desiderium superne doctrine et contemptus deliciarum mundi huius: cum etiam circa vite necessaria parum fuerint studiosi. et eorũ deuotio ad presentiam christi: quia sic inseparabiliter adherebant ei q̃ necessaria vite fuerant obliti. et ꝑ modicam carnis curam habebant in reliquis necessariis qui nec vigil-cum sumpserant intentione domini-

Remigi. et comitatus. vnde Remigius. Tãto enim amore magistri detinebantur: vt nec etiam ad punctum vellent ab eo recedere. Animadvertendum est ergo quantum alieni essent ab appe-

titu deliciarum: cum tam pauli-berent de necessariis curam ha oblti sunt panes accipere fine q humana fragilitas subsistere n rest. hęc Remigius. Deum ergo cipulorum et emplo et in magn ra de cibo manno ꝑ vianꝫ tra gio de virtute animi q̃ vance Chrysost. ris. Nam sm Chrysostomum. loco virtutis possessio omnem tu tiam et sollicitudinem expellit tiam et spem magnam imponit deoq; et hominibus acceptabilio cit. [Et dixit eis.] scilꝫ. [Intuen-ti] per indigentem confidentiam mentis [et cauete] per fidei puritã tem [a fermento .id est a corrupte ne et doctrina corrumpitur [phari scotum et saduceorum] fermentum enim quandoq; propter corruptione significat doctrinam malam: nõ tã quandoq; propter culpam inclinan significat fermentum fidei et virtu a fermẽto .id est corruptione [de fez ꝓmus mordax. Et sic habet ex plex fermentum. Primum fidei rum qui dicunt non esse resurrectu nem / neq; angelum / neq; spm. ꝓ phęsus ꝓpriissime ꝓfessum. Se seruant. Secundum pharisęos. decreta legis diuine tradentes. Se minum postponunt: legem dei irri verbo et impugnant. Tertium fa rum doctrina duo erant / scz peruer siue doctrine et simulatio vite. Ter nium est herodianorũ. scz tyrannor tes / hominũ dum / temporalium randi / simulatio religionis. Tertia est error. Secundum simul incipit rumpit rationem. Secundum operatores. De pri tionem. Tertium operatores. De tribus dicit Apostolus. Nemo ex ꝑ mento veteri quantum ad primum neq; in fermento nouitatis quantum secũdum: q̃ malitie signum ad nouã. Vel sm quosdam fermentum herodis dño vocat etiam doctrinam herodia nam herodianorum dicentium Iesu dem christũ. Alii herodiani fuerunt quidam iudei singulares qui dam secrez nouã dicentes de herode effalonita q̃ ipe erat messias / falso intellecti illius quod dicitur in Hene. Non auferetur sceptrum de iu da ꝛc. vbi dicit q̃ ablato regno a ro bu iudee erat signum adueniens messie. Iste autem herodes obtinuit

tatem illud / cum tamen esset alieni-genа / quia pater eius fuit idumeus: et quia messiam promissum intellige bant illic regnare temporaliter: nec videbant alium tunc regnare in iu-dea nisi herodem. ideo dixerunt eum esse messiam: cum tamen prophęta isto predicta esset fm veritatem de ipo tempore herodis nato intelligẽ-da. Ab his ergo omnibus monet di-scipulos cauere: ne in his consentiãt vel hęc in eis approbando / vel in his eos imitando. Non enim vtendum est fermento veteri ęgrum ad puer-tam doctrinam: neq; in fermento ma litie quarum ad motum prauitatis: et negotie quarum ad simulatiõnis fictã. Sed i azymis sinceritatis quo-ad veram et intentionem: et veritã-tis quoad doctrinam. [Et illi] .i. dis-cipuli dicebant dñm intelligentes de panefermentato et materiali [co-gitabant iuxta se dicentes] quodam occulto murmure: quia hoc ideo di-xit q̃ de pane pharisęorum fermen-tato accepimus. ¶ Putabant enim illum de pane materiali locutum esse et q̃ ad literam de pane fermẽ-tato loqueretur ne ab eis acciperent ea ꝙ panes secum non accepissent. Erubant apostoli in duobus: quia et de panum defectu dubitabant eo q̃ panes non attulerant: et quia verbũ sonant de fermento ad literam ca-piebant. Primo ergo arguuntur de pusillitatis q̃ timebant panis defe-ctum materialis. [Sciens autem ie-sus cogitationes eorum] tanq; deꝰ / arguit eos de fidei modicitate ꝙ: eo ꝓpterea et cum eo timebãt posse egẽ-re egentes. [Quid cogitatis modice fi-dei: quia panes non habetis?] et me-ritẽ de panibus terrenis de quibꝰ subtrahere non deberetis. Panem vite qui est causa omnium panum secum habebant: et ideo de panum defectu subtrahere non debebant. Hoc autem fm Chrysostomum dominus facit vt solicitudinẽ eis eorum ab eis abiciat. Quasi dicret. Et factis meis prece-dentibus ex doctrina debetis sic esse certi non de pane materiali: quia de illuminatiõe verbum meum intelligere pus possum vobis sufficienter prouisu dere. Quod probat duplici exemplo in quo magnã multitudinẽ saturauit primo cibo. Unde subdit [Nondum

intelligitis] scilicet mysterium. Nã si per panes intelligitur doctrina sa-nanecessario per fermentum intelli-gitur corrupta [neq; recordamini] scilicet virtutis in multiplicatiõe pa-num. vnde sequitur [quinq; panes] scz distributorũ [in quinq; milia ho-minũ: et quot cophinos sumpsistis] de residuo [neq; septem panum] scz distributorum [in quattuor milia ho-minum: et quot sportas sumpsistis] fragmentorum. reducit eos ad me-moriam miraculorum de quinq; et se-ptem panibus: vt cõfidant q̃ ipse pa-scet eos qui panes turbas. Quasi dice-ret. Non est vobis timendum cui de tam pauco pane tantas fecit abũ-dare reliquias. vnde Chrysostomus. 'Per hoc in memoriam eis reducit ea Chrysost. que preterierunt: et ad futura atten-tiores facit. Deinde arguuntur de se-cundo: scz q̃ habebant defectum in-telligentię spiritualis cum dicit [Quo-re non intelligitis] scz [quia non de pane dixi vobis.] Quasi diceret. Non est vobis dubitandum de pane mate-riali: quia tm possum eum multipli-care sicut vidistis: nec de illo ergo tol-licitos nec loquor vobis. ideo potius de alio pane et fermento intelligere debuistis scz doctrine peruerse / q̃ no re fermenti se veri panis substantiam simulat habere sed retinet totam sub-stantiam eius cui admiscetur corrũ-pit et ad saporem suum trahit. Hoc est de quo Apostolus dicit. Modicuꝫ fermentum totam massam corrum-pit. ¶ Ubi sto ergo sicut a nocuo cibo summe est cauendum. vnde Ambro-sius. Cibus corporalis nocuꝰ cũ ma-gna sollicitudine cauetur: quanto ma-gis spiritualis. [Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum a fermẽ-to panum] scz materialium: sed a do-ctrina pharisęorum et saduceorum] que ratione predicta vocatur fermẽ-tum. [Et venerunt bethsaidam. vbi ecce cum ei adducunt rogantes vt illũ tangeret] et firmiter credentes q̃ ad tactum eius sanus fieret [Et appre-hensa manu eius eduxit eum extra vicum] id est extra vicinitatem et in multum malorum. [Et expuens in oculos eius imposito manibus] su-per oculos [interrogauit eum si quid videret. et aspiciens] id est aspicere incipiens [ait. video homines velut arbores ambulantes.] Non enim

Ambro.

Cecī illu-minatio.

distinguere poterat lineamēta humanoꝝ corpoꝝ: videbat obscure corpa eoꝝ moueri de loco ad locū ⁊ postea pfecte illuminauit eū. Hāc iterū manu sup oculos eꝰ imposuit: et clare oia vidit. Ꝑp hoc arguit ignoātia discipulorū ⁊ cecoꝝ primo illuminat̄ cecū primo imperfecte ⁊ postea pfecte. ¶ Cerū est eū q̄ ꝓs potuerat eū statim pfecte illuminare: ꝙ talē modū voluit facere vt designaret discipulos adhuc in parte obcuratos caligine ignoātie/ et ad clare intelligendū indigere maiori illuminatione. Vñ et post resurrectione sua aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Alij dicūt illuminationē hui⁹ cecī successiue facta ꝑpt̄ paruitatē fidei ipius et offerentiū ipꝫ ꝓpter et pōt esse q̄ ultra eā et pdicta cōcurrunt ad istū effectum in ipo. per hoc enā significat q̄ dñs aliqñ dat suam gratiā augmentādo pr⁹ oratā. ¶ Et mittēs illum in domū suā influit vt ꝙmittit dicere. ¶ ad vanitatis ostentatiū vt multi gloriā nos docerent fugere: sed tñ dicere poterat et debuit ad pdicationē laudis diuine. hoc nōdū intelligūt q̄ ola opa sua vt ab hoīb⁹ videātur facium: de q̄b⁹ dñs ait. Necperiūt mercedē suam. Re ergo hic recipitas mercedē et recipiēdo pdas eternaz: vitositatē mā port⁹ enarra q̄ virtutē exēplo Xpi dicētis. Qui fui blasphemus et pſecutus sum ecclesiam dei. vnde Aug. Vis vtutes tuas augeriz, pdere nolit. Fuge videri q̄ esse meruisti. Quod manifestādo potes amittere; tacēdo custodit. vbi Beda. Lumen ē a dño cuiusmōdi languores/ spiritualium sunt signa languoꝝ q̄bus alia per peccatū eterne mortis propinquat. Dicut enim in surdo et muto a dño sanato sanatio mentis insinuat̄ eoꝝ qui nequ audire vbū dei nequ loqui nouerūt: et mox in refectiōe turbe esuriētis q̄ dñs secum habuerat suas mas tilia figuraturꝫ qua diligentiā seruet̄ qui ecclesiarum solet corda nutrire: ita et i hoc ceco paulatim curato a dño/ illuminatio designat̄ eoꝝ q̄ stulticiā q̄ longe a via veritatis aberrantiū. Reuocabant autē eum vt illum tangeret: sciētes q̄ tactus dñi sicut lepros sum mundare ita etiā cecū illuminare volueret. Tangimur autē dñi nos cū ei fide integra et sincera adhereremus. Tangit nos cum mentē ꝓfluus afflatu sui spūs illustrat: aut ad cognitionē nos ꝓpriē infirmitatis inducit̄ bone actionis accēdit. Dispēdēdit manū cecis vt eū ad exercitiū bone operationis confortet. Educit extra vicū: vt a vita vulgari separetur tuus voluntatē sui cōtactu q̄s tangit mundari mereant̄ liberꝫ sed hō immediate seruaret. Qualibz est immediate ꝓpria ris videre desiderat: nō exēpla hoīum sed ducatū necesse est. Ideo ante cecū redēptoris sequant̄. Ideo ante cecū huc paulatim ⁊ nō repēte curat̄ cui mox vno vbo si voluisset poterat illuminare vt magnitudinē hūane ostenderet/ q̄ quasi pedetim et per quosdā profectus gradibz ad lucē diuine visionis solet puenire. Bonum quod ꝑ manus vero fiunt nō bona corpoꝝ et ternus posita. Expūcta ergo in oculis cecī dño imponit manus suas vt ostendat; cecitatē generis humani q̄ inuisibilia diuine pietatis bona/ q̄ exhibita foris sacramenta oblatoꝝ humanitatis abstersit. Q̄ autē adhuc in domū tre pecpit. Mystice aūt ipet oēs q̄ cognitione veritatis adhuc strank: vt ad eoꝝ sua redeat. et ostendat sibi donatus sit sollicita mēte pergere/ et donatis collatis sibi beneficiis dignā operum exercitiū rependere deāt. Q̄a vo cū sicut et multos alios quos sanauit/ sanatione sua sibi ire precepit vt ad templum ꝓficerent ibidē de his que facium mirandus ostenderet exemplum fuerat vulgi requirat: sed dominus noluit aspectib⁹ (vbi et merces perit) sua placere contenti. hec Beda. Vnctio

Ꝺomine Jesu xꝑe facmedi tu infirmitatis ꝙpassionē me i bonū: et nūc ꝙ me ad iuuū gaudeā ⁊ cōsolari. Q̄ pone me tecū et dā mihi semp tuo amore ferui minus sollicitet de pene vel gloria solatio ꝓpositi. Da mihi vt a fomēto puerse doctrine ac similitudine cordis ⁊ actiōis pigne cauēdo/ tibi nō offendā. O fons pietatis xꝑe miserere mei. Q̄ nūc me ad mine rue ofe diuine: mens me ꝙfige laqueis et laqueis eruē/ ac ꝓpter tuū nomē ꝓpitius ac saluā. Qui

¶ Finis prime partis.

Cur pr⁹ imperfecte illuminatus sit.

Mat. vi.

1. Timo. i

Augusti.

Beda.

F Xāsimus dñs.

¶ Incipit Secunda pars Vite Christi.

¶ Seguuntur tituli capitulorum secunde partis.

De confessione fidei quam petrus fecit pro oibus. cap. i.
De exhortatiōe ad sequēdum christū et ipius passiōis erē plam. cap. ii.
De transfiguratiōe dominica. cap. iii.
De lunatico. cap. iiii.
De tributo eso dño ⁊ petro soluto: et de questione discipulorū super maiozitate eorundem. cap. v.
De paruulis ⁊ paruitate non scandalizandis exterius ⁊ non contemnendis interius. cap. vi.
De fratre peccante ⁊ quia /totiens dimittendus. cap. vii.
De modo fraterne correptiōis / et de humiliando fratri septuagies ſpties. cap. viii.
De rege qui voluit rationem ponere cum seruis suis. cap. ix.
De causa iuxta dicendi vpositē: et de parabola pharisei ⁊ publicani. cap. x.
De perfectione pauperis. cap. xi.
De filiis zebedei. cap. xii.
De resurgere et impossibilitate in/ uidi requirant: sed dominus noluit aspectib⁹ (vbi et merces perit) sua placere contenti. hec Beda. Vnctio
De petitione filioꝝ zebedei. cap. xiii.
De cieco illuminato ante ingressum iericho. cap. xiiii.
De zacheo ⁊ eius cōuersio. cap. xv.
De duobus cecis post ingressum iericho illuminatis. cap. xvi.
De effusione vnguenti super caput iesu. cap. xvii.
De sessione domini super pullum et asinam. cap. xviii.
De gloriosa domini susceptione ipsa die palmarum. cap. xviii.
dicit. Et primo sedit super asinam: secundo post aduentum turbe de hierusalem sedit super pullū. qui qt iudeorum et tarannis erat et super eū nemo adhuc sederat: nec adhuc applicatus iumento vsibus fuerat propter inquietudinē et inconsuetudinem forsan recalcitrabat. et ideo ꝛpō rex mā suetus defendit et deinde super asinam sub iugo domitam iterum ascēdens sedit. Hoc autem factum est in figura: quia per asinam significabatur populus iudaicus: qui sub lege labore sacrat et iugū legis traxerat / ac multis vinculis peccatorū alligatus erat. Per pullum populus gentilis qui iugo legis subdi non fuerat nec quia cum iugo dñi coercebat: ac diuersis doctrinarum et errorib⁹ subditus erat. Ad hoc ergo ꝛpūs venierat: vt verūq; populum sibi per fidē catholicam subiugaret. Sedens autem primo super asinam: secundo super pullum: deinde iterum super asinam. significatur quia de iudeis trāsiit ad gentes: et iterum in fine mundi de gentibus transibit ad iudeos: vt postq; plenitudo gentium intrauerit omnis israel saluus fiat. Nec mysterium etiam nocatur in delatione mule alio ad coitū alterius. vel sm Alo. Non ad literam super vtrūq; in tam breui spatio sedit: sed spiritualiter intelligendum est / quia in precordijs vtriusq; populi sedet. vnde et Chrysostō. Sedet super asinam et pullum eius: vt et in iudeis sederet & in gentibus. Sedere autem super iumenta est in precordijs eorum habitare: vt dicat filius christus. Tollite iugum meum super vos: et videte quia mitis sum & humilis corde. Non est autem cōtrarietas & Matheus dicit asinā et pullum / ceteri aūt tantum dicunt pullū: quia vnus quem dicit quod alter non scribens debitis hebreorum eloquio recte asinam et pullum. referens dño adductos: sciebat enim non ita deo venturum ad iudeos et gentes. Sed ceteri euangeliste scribētes ecclesie gentium greco sermone solū modo mentionem pulli faciunt: quia quod grecum saluet specialiter recipiebat. Moraliter per asinam potest intelligi caro nostra pigra / stolida / lasciua: ab anteriori debilis. i. ad spiritalia posteriori fortis. i. ad terrena. Per pullū carnalis affectus et vanū desiderii nostrū: q̄ ligantur. i. voluptatū illecebris irretiunt: sed ea soluere et subijcere debemus vt deus sit sedeat in illis dicamus. Ut autem nostrum factus sum apō vt omnes lucra faciamus. et ecclesiam edificemus.

Empti estis pcio magno portate ꝛgō in corpore vestro. Per illos ergo qui asinā et pullū ad ꝛpm deducebāt / peregrines significari possunt: qui carnē suam dat deo per mortificationem et animā per cōtritionem. sicut enī per asinam caro sic per pullum animus designatur. Ad ostēdēdam ergo suā humilitatem et mansuetudinem dño nō super superbū et feruidū / sed humilio super humile & mitis super mite animal sed quia non in superbis et asperis sed in humilibus et quietis animus requiescit. non curru vel equo veniens non scissoros circūdacens: sed magnam humilitatem et mansuetudinem hinc ostendens. Ergo etiā in exterioribus necesse est vt humilitatem prętendas si christum sequi desideras. Igitur et in equitatura sit vestra eiborum domicilio: et in omni apparatu. et sm Chrysost. Quia contingebat quosdam infirmiores existentes subiugali opus habere: et hic mensuram nobis sapienter posuit monstrans & super equos et mulos aut hos contingentes ferri necesse non est. sed sufficit asino vti & vitra non procedere: vtiq; eo quod necessitatis est cōtentū esse. Interroga autem iudeos quis vel sup asinā delatus intrauit hierosolymam. Si non vtiq; alium habent dicere & hūc solum. hec Chrysosto. Unde dño non legatur alibi equitasse vel multum ascēdisse / sed modo tantum asinasse: tamen eadem hebdomada legitur mox te nimpsisse cōdēnatus fuisse. Quid fiet de multis pretiosis qui cum equorum multitudine equitant / et hoc de patrimonio crucifixi et bonis ecclesiasticis? Hoc enim est cōtra vbi ecclesiam hic eis ostensum. Item est cōtra aliud Deutero. cum fuerit rex cōstituus nō multiplicabit sibi equos. Si nō licet regi: ergo minus pōtificibus non licet: quanto minus clericos Si non de redditibus propriū patrimonium: quanto minus de patrimonio crucifixi? Sed non superbiant qui equis vel curribus vehuntur: quia

Ysa. lxxxvij

i. Cor. vi.

Secundo de q

Humilitas exiā i exterioribus habēda. Chrysost.

Cōtra pietatorum pompam

Deu. xvij

Cōtra superbientes in equis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chryso. et ligna et lapides et alie res viles plerūq; sic ducimtur. vnde Chrysst. Quid tibi arrogas et magna sapis o homo/quoniam ex celsiis super equū veheris: quia te trahunt mulaꝫ quadrige? Et quale istud est? nā et fœna ēta plerūq; et ligna gestātur. Speciosa veste circūdaris, sed respice pto cultu vestium virtutum decore fulgere: et videbis te quidem putrefactotam fœno similimum: alium vero arbori admirabiles fructus ferenti maximamq; prebenti cernentibus voluptatem. hec Chrysto. Conspice nūc bene ne ꝫ considera quemodo dominꝰ mūdi incedebat. Quātus esi iustissimꝰ foret eum honorari: honoris tamē cē pore talibꝰ derrarilis et phaleris vsꝰ est: ꝫ in hoc suo honore honorabilem pompam mundi non mediocrem vinperauit. Non fuerunt hec animalia ornata frenis⁊ sellis deaurat⁊ ꝫ phaleris sericatis more stulturie mundialis sed quibusdam vilibus pannis ꝫ funiculis/ cum tamen esset rex regū et dominus dominātuum. In hoc ergo facto vile humilitatis exemplum dominus suis dereliquit: sed filij superbie ptoꝫ dolor parum hoc attendunt. Unde legitur ꝫ cum heraclius christianissimus imperator reuertēs a cede cosdroe regis persarū/ p portam per quam christus in die palmarū intrauit/in equo regio ꝫ ornamentis imperialibus decoratus ingredi vellet: repente lapides porte defecerunt⁊ muro⁊ quasi vmbo pariescse clauserunt. super quo ēuento stupēfactus angelꝰ domini signum crucis in manibus tenens super portam apparuit dicens. Cum rex celestū christus per hanc portam ad passionem intraret: non cultu regio sed humili asello ingrediens/ humilitatis exēplum suis cultorib⁹ dereliquit. Dic vero dictus angelꝰ domini abscessit. Tunc imperator lachrymis profusis/ discalciatus/ ꝫ vsq; ad camisiam spoliatus: crucem domini accipiēs vsq; ad portaꝫ hūiliter iuxta mōrem lapideꝰ ad sinum locum rediꝫ⁊ est intrantibus cuncris ingressum patefecerunt. Mystice sm Remigi. Saluator noster asino sedens hierosolymam tendit quando ecclesie vniuersali vel cuiꝰ anime fideli presidēs ꝫ eam in hoc seculo quasi iumentū regit/ et post hanc vitam ad vtilionem celestis patrie introducit. Hactenus.

Humilitas xpi. Remigi.

Domine Jesu christe q̄ ad passionem spōr. meam aduenisti: aduieni ꝫ mihi misero g̃ gratiam in cor de meo. et qm me nūc reparasti per crucē: iterum iapsum repara per eandem beatificam passionē. Surgere mihi domine vt in omnibus humiliter ꝫ mansuetudine custodiam: ac tibi carnem ꝫ spiritū ꝫfecter subiciam: et vt iumentū aspere fiam: quatenus in me sedens ꝫ me quasi iumentum regens nunc ad tuū finē pacis gustum superneq; pacis desiderium ducas/ ꝫ eandem ad eundem pacis visionē introducas. Amē.

De gloriosa domini susceptione. Cap. xxvij.

Et cum appropinquaret ciuitati ad occidentalem montis oliueti: multi descendentium cum eo et quidꝰ plures de populo de vestimēta sua in via: alii autem cedebāt ramos] virides [de arboribus] fructiferis quibus mons oliueti cōsitus est [⁊ sternebant in via] vt ea ornarent, et ne iumentum in lapidem offenderet: ne calcaret spinam vel dumum lateret: ne sentes pedes eius vulnerarent. Mons enim oliueti mons vberrimus est ⁊ decorus/ arboribus olearum plenus et maxime obtinarum a quibus ꝫ nomen accepit. [Turba autem multa] que cōuenerat ad diē festum in hierusalē de omnibus tribubus israel: quia omnes tenebātur venire in hierusalem in paschali festiuitate: pueri ac plebecula hierosolymorum cum seuerunt ipsum aduentum [rollentes ramos oliuarum ⁊ palmarum erigerunt obuiam ei. Procedebat vsq; ad montem oliueti: ⁊ vt regem cum hymnis ⁊ cāticis ac vestibus suarum ⁊ ramorum stratione ac letitia magna cum honorifice susceperūt. et ab illo loco vsq; ad hierusalem cum hymnis ⁊ laudibus deduxerunt eum. Gloria laus⁊ honor tibi sit rex christe redemptor. Cui puerile decuit passione facturo esse: ad delignandum victoriam quam christus erat in proximo habiturus: qua erat moriendo

morte superaturus ⁊ tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Nec processio in arca federis prefigurata fuit quam dauid in ubilo deduxit. Post lazari suscitationem/ et vnctionem sup caput iesu effusum (odore fame cuius tam respersa in populo per circuitum) precedes ipse rumor obuiā sibi venturam ascēdit ad eius: vt inter applausus occurrentium populoꝝ mire prebaret humanitatis exēplum. Inter alia quippe xpi miracula maxime miraculum audiū de lazaro ad hoc deuotionem ⁊ honorificam obuiationem eos cōmouit. qs sm Aug. inter oia miracula que fecit ante nostre iclite xpi lazari resuscitatio precipue predicatur. Istud enim audiuimus et mirabilꝰ signum erat: et ideo vltimo ipm reseruauit vt magio eoꝝ memorie imprimeretur. Miraculis ergo trahebātur q̄ vbis non inquiebāt. vbi Aug. "Pulchre autem turbas laudantes deum ad veritatem monis occurrisse legimus: vt operatorem mysterii spūalis figni carent sibi venisse de celo. vbi et Beda. Descendēte etiā dño de monte oliuaꝝ turbe descendentes humilato mie auctore necesse est eos qui mia indagent eius vestigia imitari. Cum aūt turbe obuiantes puenissent ad xpm/facta sibi reuerēta precesserūt alie sequentes ipm: et sic erat xpus in medio eoꝝ. vnde sequitur [Turbe aūt que precedebāt ⁊ que sequebātur clamabant dicētes filio dauid: osanna] quod est vox exultationis pariter et laudationis vel obsecrationis/magis/ affectum indicās q̄ aliquā rem significās: sicut ruchu interiectio indignā te si nihil expresse designans. vnde sm vocem hui⁹ grecis neq; latinus interpretari potuit: sm sensum interpretantur quidā/ saluifica vel saluum me fac. Et est osanna vbum hebraicum. Dicitur esse osanna i littera subtracta/ quasi osiamma. osi ergo corruptum/ anima est integrum. osi autem apud eos interpretatur salua vel saluifica vel saluum fac: et anma est interiectio obsecrantis sicut apud nos heu dolentis. nam sicut apud nos a dolēte vt heu/sic apud illos ab obsecrāte vt osianna: et valet apud nos vtinā/ osianna tāmē valet ipsum vtinam saluum fecisti. Benedictus qui venit in nomine dñi. Osanna in excelsis. Et iterum. Osanna filio dauid. Benedictus qui venit in nomine dñi. Osanna in excelsis. Et quia hec interiectio in latino non habetur eloquio/ ponit pro ea noster Hieronym. obsecro. Unde in Psal. vbi. ter. inter preces trāstulit ille O dñe saluum me fac. in hebreo scriptū est. Anima adonai osianna. qō interpres noster Hiero. diligentius elucidās tra transtulit. Obsecro dñe salua obsecro. Idē nāq; signat o dñe per interiectionem obsecrāte qō obsecro dñe per ipm verbū obsecrationis. Est ergo osanna quasi osianna. i. salua obsecro. et est vna dictio vel dne per subtractionem vnius litere: et significat q̄ adueniens xpi salus sit mūdi: et est salua siue saluifica ea clamabāt/ eū vnq; saluatorem credebāt. Unde ⁊ cōuertēdo sermonem inter se subintulerūt dicētes [Benedictus] .i. gloriosus sit. vel sm Bedam benedictus. i. ab omni peccato singulariter immunis/ et immunes faciēs [q̄ venit] per carnis assumptionem id est incarnatus est [in nōie dñi]. i. nōie patris ⁊ a deo patre missus ad explēdum eius voluntatem ⁊ ad glorificandum eumq; filium non in nōie suo sed in nōie patris venit eū glorificādo/et in oīb⁹ operib⁹ non suā sed patris gloriam querēdo. vñ alibi. Ego (inquit) veni in nōie patris. In hoc ergo confitēmur ⁊ laudāt dñi aduentum. Benedictio nāq; que fit a nobis in deo/cōfessio sola est ⁊ laudatio bonoꝝ que prestita sunt ab eo. Benedictio vo que fit a deo in nobis impletur eius beneficiis implemur. C Ubi sciēdū q̄ benedicere est bonū dicere. Aliter aūt dr benedicit nobis: et alter nos benedicimus deo. Deus est benedicēdo nobis beneficiis indigna dat ⁊ bonos nos facit. nam sui dicere est eius facere: quia ipse dicit ⁊ facta sunt. Nos aūt benedicendo deo non ei bonū facimus: sed tantūmodo eius bonitatem cōfitemur ⁊ laudam⁹. dicere enī nobis non est sui facere. sed est fateri. Et addunt [rex israel.] In quo confitētur ei⁹ potētiam imminute: qi credebāt ipm regnaturū tēporaliter ⁊ liberaturū eos a tributo. ipe autem venit ad regnandum spualiter/ et ad liberādum totum genus humanum a diabolo quod erat maius illo. Ad literam ergo credebāt q̄ venisset regnaturus tēporaliter super eos in regno david recēpturus ipsos a seruitute romanoꝝ: et restituturus regnū

Beda. Benedictus

Obsecro.

Joan. v.

Benedictio

Benedicere,

Rex israel.

rēporale qđ a romanis erat vsurpatum. Cuius contrarium ipse dixit coram pilato. Regnum meum non est de hoc mūdo. Ex supple de celo. et ideo applaudebāt et tanq̄ suo regi. Unde subiungunt & benedicunt q̄ scz venit regnū patris nostri dauid: qđ scz restituendum est nūc in aduentu suo. q. d. hoc est de quo dictum est. Dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius. Si vo regem eum i testimonium sue dānationis vocauerunt nec hoc pateat q̄ propterea dñm occiderunt. vbi Augu. Quid aūt magnum fuit regis seculoy regem fieri hoim? Non enim rex israel rēpo ad exigendum tributum/ vel ferro exercitum armandum/ hostesq̄ pellendos debellandos: sed rex israel q̄ meritos regat: q̄ in eternum consulat: q̄ in regnum celoy credentes sperantes amantesq̄ perducat. Qđ ergo rex esse voluit israel/ dignatio est non ꝓmotio: miserationis indicium non potestatis augmentum. qui enim appellatus est in terra rex indeorum celo est dño angelor. Et ideo rum. Noli timere: illum agnosce qui te laudatur: et noli trepidare cū patitur: qui illius sanguis fundit̄ per quem tuum delictum deleatur & vita redimatur. hec Aug. Deinde iterum verba conuertēs ad ipsum reperit [Osanna]. i. salua obsecro. Hoc dicunt osanna: qi saluator est christus ſm naturam verbi: ſm diuinam efficaciā/ ſm humanā meritoriē. C Et ad sciendum de qua salute intelligatur determinant vbi se velint saluari scz [in excelsis]. i. in celestibus non in infimis & terrenis. Salua in excelsis ꝺ pijus saluabis ab inferis. Ecce duplex salus: vna i liberatione pene/ alia in collatione glorie. vbi manifeste ostenditur q̄ aduentus xpi non tātum holim sed totius mūdi salus est in celis & in terris / et terrena tūgēs celestibus: vt omne genu sibi flectatur celestium terrestrium & infernorum. Christus enim venerabat ad dandam salutem celestem & eternam. Et forte licet sublimissimam regni terreni et rēporalis petebāt: tamen nescientes prophetice eum regem celi & angelor predicebāt. Et hoc diuina ordinatione significabatur vbi o laudantium cū dicebāt [osanna in excelsis] qđ est salutem eternam a dño petere: licet hoc non intelligerēt. sicut et caiphas dixit mortem xpi futuram pro salute mūdi: licet nō intelligeret id dicteret. vbi Chrysō. Ex his ergo visis colligimus q̄ dei est unam osanna salvos fac inter pretatur: salutem autem deo scriptura attribuit. C Et nonandum qđ q̄ dicitur [in excelsis] significat q̄ in inferioribus non est salus sed multiplex periculum: sed in excelsis que sola celestia sunt/ salus sine periculo inuenitur. Uel i hoc q̄ dicitur hic in excelsis ad primum osanna/ significatur q̄ xpo est rex in terra vna uersa per fidem/ gratiam. et per hoc q̄ hic ad scōm osanna additur in excelsis/ significatur q̄ non est in terra sed etiā in celestibus xpo regnaturus per ipm ea que i celis & in terra sunt restaurātur. C Considēda est autem turta ordinem personarum qualitas meritoy. Qui enim vestimēta sua sup asinam unposuerūt vt iesus mollius sederet/ apti fuerūtqui sua doctrina mēres horum vt habitaculum dei esset prepararētur. Per ipsos significare possumus hi q̄ per suas exhortationes aliam eruditur/ a peccatis abstrahūt/ virtutib⁹ ornāt & componūt: vt sic dñs sedeat & quiescat. Qui aūt vestimenta in via straverūt ne pes alius impingeretur/ sancti martyres sunt: q̄ dum corpora sua alijs ꝓ deleret tegumēta ꝓpter deum ad suppliciū erant quasi vestimēta sua sternūt/ ter supplicioribus suo sanguine ostendentes per qđ ad celestem hierusalem pervenire possunt. Ji via nostiq̄ vestimenta sternunt / qui exēpla martyrum secuti corpora sua per abstinentiam edomāt vt dño iter ad mentem parēt vel exēpla bona sequentib⁹ prebeant. Quia ergo vestimēti alc est corpus: hoc vestimēti subster nimus aut per martyrium/ aut per ieiunia/ aut etiā per boni operis exercitium: & exēplū aut per cōtinētie ꝓpositum. Uel vestimēta alc diuersoy celoy sunt varietas diuersaq̄ virtutum: que filc inuia sternimus quādo ea in exēplū aliis prebemus. Felix illi⁹ alia cui⁹ virtutes confundūt & extinguūt in aliorū tia cōtraria. Uestimēta etiā ob aduentum xpi in via sternere/ est anteq̄ ad cōuersationē peccati deponere. Qui vo ramos de arboribus cedebāt & sternebāt in via vt iter asine planū et decor redderēt/ sancti cōfessores sunt qui dum vbar sententias vel exēpla patrū precedentium de scripturis carpētes in via dei ad auditorio suum ve nientis humili predicatione submittūt de spūalib⁹ arboribus ramos cedētes celestis patrie iter decorant. Uel per illos qui ramos olive ferebant significant̄ q̄ circa opera mie se exercent. oliua enī dei misericordiam significat. Et per illos qui ramos palmaq̄ ferebant significant̄ qui circa victoriam tentationum insudāt. palma enī victoriam designat. Notāt aut Beri. hic triplex obsequium xpo exhiberi. primum. qđ a numero cui dño insidet. Secūm ab his q̄ vestimēta in via prosternūt. Tertium ab his qui ramos de arboribus cedūt. Prelati ramos de arboribus cedūt cum de fide & obediētia abrahe/ de castitate ioseph/ de mānsuetudine moysi/ ceteroruq̄s sanctoy virtutib⁹ predicāt. Seculares vo homines vestimēta prosternunt in via cū exēplū in xpi obsequium nō quidem corpora/ sed que adiacēt & necessaria sunt corporib⁹ quasi vestimenta. i. cū elemosynas largiūtur de terrena substātia. Religiosi sunt ramen ta/ iuxta illm gloriantes & portantes deum in corpore suo. Ji sunt q̄ dicere possunt. Ue tumēta facē sum apud te & ego semper recū. Dēo veniq̄ ex eo. qđ nbūdat sibi mīnūr et si sine labore obsequūr dño: totum vo tum enim semen ꝺm exponit ei⁹ obsequio. Dēs tamen si suo quisq̄ fideliter inuēto fuerit ministerio/ penitudinio in ꝓfessione sunt saluatoris: et cū eo in sancta cuitatem ingrediūtur. Teste enim. ꝓphera vidit saluandos: hoc in arce fabrica ramos cedētem/ sob hui⁹ mūdi substātiam bene dispēsantem/ danielem in vili edulio & labore abstinentie factum quasi lumen tum. Cui aūt in illa ꝓfessiōe sit iesus ꝓpinquus/ cui de trib⁹ ordinib⁹ sit salus vicinior: facile credo quisq̄s potest aduertere. hec Beri. Turbe aūt precedentes & sequentes virtutisq̄ testimonium significāt fideles vna voce clamantes. Precessit quippe iudaicus populus: secutus est gētilis. Et quia omnes qui fuerunt vel sunt fideles in christum mediatorem dei et hominum credidērunt & credunt: et qui precunt & qui sequuntur clamant/ salua nos obsecro. vnde Beda. Sed qui precedunt et qui sequebantur clamabant osanna. Osanna autem lingua latina salua nos dicitur. Ubi ipso est saluatorem et priores quecunq̄ et precedentes querit/ et benedicendum qui venit in nomine domini cōfitētur: quoniam vna ipes vna fides est precedentium atq̄ sequentium populorum. Quem enim priores nostri et iudaico populo credidērunt atq̄ annuerunt venturum: hunc nos & venisse credimus & amam⁹ eiusq̄ desiderio accedimur vt cum facie ad faciem contemplemur. vnde et Chrysostomus. Quī precedebant seniores erant/ id est patriarche et prophete ceteriq̄ sancti qui ante aduentum christi de aduentu eius predixerunt & cognouerunt. Sequentes autem iuniores/ id est apostoli / martyres/ ceteriq̄ doctores qui post ascensum christi de resurrectione eius & de ascensu vel de operibus eius predicauerunt & predicant. Et diuersio quidem in temporib⁹ fuerunt: tamen in omnibus vnus exultationis spiritus fuit. Et illi quidem prophetantes de christo venturo clamauerūt; benedictus qui venit in nomine domini. Isti autem laudantes clamāt de aduentu christi iam adimpleto/ osanna &c. hec Chrys. Facta etiā xpi qi quasi media inter facta veteris testamenti & noui sunt/ ideo ea turba que precedebat & ea que sequebatur eū laudabat: magnum facta xpi sunt regula & exēplar eoy que in nouo testamēto fūnt: et que a patrib⁹ veteris testamēti prefigurata sunt. vñ et iam Beri. Precedebant aliqui & viā dño parabāt ipsi sunt qui viam parāt dño ad corda vestra: qui vos regunt & dirigunt vestros gressus in viā pacis. Alii sequebantur; et hi sunt qui propitie inscientie consilī deuote sequuntur & adherent semper vestigijs precedentium. Erāt quoq̄ discipuli mā domestici iuxta eius adherētes: ipsi sunt qui in claustris soli deo viuunt semper adherentes ei / et eius beneplacitum considerantes. hec Bernardus. Per istos etiam qui clamabant dicentes / osanna filio dauid: benedictus qui ve. &c. significantur contemplatiui & magis deuotioni per otationem sunt intenti. In similis ergo instruimur vt operib⁹ et officijs que no bis magis cōperūt insistam⁹: nō essoy⁹ vis cōperūt. Et ideo in ista ꝓfessione xpi non vnus osa faciebat: sed

Ioan. xij. Christus. Per crucē sue passionis. Osanna. Christus. Ecclesia triplex. Ecclesia quo ad statum. Testamēta aduertere. Beda. Precessit. Secuta. Laterales.

alii asinā ꝛ pullum adducebant: alii vestimenta sua eis imponebant. alii vestimenta in via sternebūt: alii ramos cedebant de arboribus ꝛ ideo vniuscuiusq; illud officiū dz assumere ad q̄ videt magis idoneū se esse. Sur ge igitur saluatoris filia rāq; via de filiarum hierusalē / innumeris regē salomonem in honore quē sibi mater synagoga in ecclesie nascentis mysteriū remirenter exhibuit: vt insidente asello terga vniuersorum dñm veluti cū ramis olivaꝝ atq; palmarum pietatis operib⁹ virtutūq; triūphis iugiter conterito. vnde Anselm. Insidente asello celi ꝛ terre dñm conterito: rantaq; fieri pro re obstupescens puerorū laudibus ruas inseras clamās et dicens Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nole dñi. O. ppl's christo cū laudibus obuiauit: hoc olim p regem dauid prefiguratū fuit: cui ppls post cedē golie obuians laudes exhibuit. Dauid xpm p̄figurauit: q̄ golia .i. diabolum aduersariū nr̄m superauit. Hierusalē visio pacis interpretatur: p quā fidelis alā designatur. ad hanc saluator nr̄ oī hora paratus est venire: ꝛ nos ei in occursum p cōtritione debem⁹ ire. Cui erā laudes decantam⁹? q̄si pālā nostra in cōfessione recitam⁹. ꝛ ramos palmaꝝ in manibus portamus: q̄ corpora nr̄a in satisfactione castigamus. insup ꝛ vestimenta nr̄a in via sternim⁹: q̄i spalia pauperibus erogam⁹. ꝛ cum floribus xpm honoramus: q̄si mle operibus et diuersis virtutibus nos ornam⁹. Christum iesum q̄ venit in nole dñi benedicamus: q̄ p beneficia nobis collata gr̄as agimus. Regem eū ꝛ dñm protestamur: si eis opera nr̄a cū timore dei ꝛ reuerentia operamur. ¶ Pharisei ergo. Inuidia cōcitati [diverūt ad semetipsos]. i. inter se et ad inuicem [Videris q̄ nihil ꝓficimus] labor⁹ nr̄ noꝝ faciendo cōtra est. ¶ Ecce mund⁹ totus post eū abiit] sermo est hyperbolicus ad exprimēdum q̄ multi seḡbātur xpm. ꝓpterabāt sed nescientes: per hoc eis significatur q̄ totus mūdus erat eū secuturus. hoc quidē sm Augu. est verbum phariseoꝝ inuidē tium: vt dicant: nihil ꝓficimus] sez in malitia nr̄a nō valentes impedire eum. ꝛ sm eisdem. Quid nit⁹ ꝛ quid inuidet cecā turba: q̄ post eum abiit mundus? q̄ quē facturus est mundus?

Matt. xxi.

Augusti.

Ysaie. xl.

Psal. viij.

Figura Ysaie.

Chryso. aūt vult q̄ hec fuerint vbi pha riseoꝝ credentium ramē occulte propter metum iudeoꝝ: ꝛ q̄ dicit hoc vertrabāt eos a psecutione christi. ac si diceret. Quantūcūq; insidiamur tantum hic augetur ꝛ gr̄a eius multiplicatur. Quid ergo nō desistimus a tāta insidijs? quod quidem quasi iā est in cōsilio gamalielis de quo habet in Actib⁹ [Et quidam de turba pharisseoꝝ Jer inuidia quam contra xpm conceperant deuotionē populi ad quem videre ꝛ laudē eius audire nō valentes [dixerūt ei. Magister increpa ꝛ cohibe discipulos tuos] ꝛ turbare laudantes. Magistrum vocāt quē tamen ipsi docere volunt. quasi discerent. Si in iustus ꝛ bonus esset: talē applausum sustinere nō deberet. Ut lescat in ore eoꝝ laus nisi deo crepa. vbi Beda. Mira iudeoꝝ vesanie. Quem magistrum appellādum non dubitant quia vera docentē nouerant: huius ipsi discipulos quasi nescio quos edoceri rēdarguendos autumāt: eūq; corrigere quos instruit sua dementer vident. hec Beda. Dolebant isti de laudibus christi. Et primo de hoc q̄ turbe discedant ipsum benedictum cum ipsi reputarent eum peccatorem. Secūdo q̄ turbe discedāt eum ipsi reputarent eum valde ignobilem. Tertio q̄ turbe dicebant eum venisse in nole dñi cū ipsi reputarēt eum non esse a deo. vel nullum ab eo [Quibus ipse respōdit Jesus ꝓphetizando de futuro se ratificabiliter exaltauit. Dico vobis q̄ si hi tacuerint / lapides clamabūt]q̄s ex hoc eum est. Nam quem holes vel ruinā vel perfidia confiteri trepidabāt / hunc durissima etiam elementa aperte predicabant.. Crucifixo enim dño discipulis ꝛ notis eius p timore pressio ꝛ laudem xpi tacentib⁹ terra mota / petre fisse / ꝛ monumenta aperta / quasi phibentia testimonium sancti xpi mortem / vel deū et totus mūdus clamabāt ꝛ protestabantur. In quo apparet turpitudo iudeoꝝ et holm⁹ q̄ elementa cōfitentur creatori suo ꝛ recognoscunt eum. Vel mystice [si tacuerint]. i. iudei lapides. i. gentiles ad modum lapidei duri [clamabūt] laudes christi. quod factum est mortuo christo nostro iudeis mutis factis a laude eoꝝ gentiles q̄si duri steriles ꝛ infructuosi erant: ac lingua ꝛ lapides adorabāt) ad christum cōuersi ipsum laudabant et predicabant: quia centurio et alii qui erant cum eo vidit tot signa sanctitatem christi cōfessi sunt dicētes. Vere filius dei erat iste. vere hic homo iustus erat. quod quotidie gentiles clamāt ꝛ christi veritatem laudare non cessant. Judeo ex magna parte occecato et laudem christi tacentibus. Vel metaliter [si tacuerint hi] id est clerici [lapides]. i. laici [clamabunt]et deum benedicent operib⁹ laudabunt. quod etiam quotidie in plebibus videmus impleri. Sed tibi qui christum cum ramis triumpho fuisse perunt / non diu post contraria in eo fecerunt. Turba enim mobilis est / et mole fluctuum ꝛ verborum mouetur: quem modo venerantur / contra eum postea clamat ꝛ insurgit. vnde Bernardus. Ub eodem populo in eodem loco ꝛ ipso tempore pauci⁹ diebus interpositis: primo cum tanto triumpho susceptus: postea crucifixus est. O q̄ dissimile est Tolle tolle crucifige eū. et Benedictus qui venit i nomine dñi mea / osanna in excelsis. q̄ dissimile Rex israel. et Non habemus regem nisi cesarem. q̄ dissimile rami virentes ꝛ crux / flores ꝛ spine. Cui primo vestimenta prosterebantur alienis: ecce tuis eruitur. ersos mittitur super ea. Ue tibi amaritudo peccatoꝝ nostrorum: propter que dilueuda tanta amaritudo necessaria est. hec Bernardus. Et quāis christus sepe hierusalem ascenderit: numq̄ tamen alia q̄ honorem sibi exhiberi voluit nisi modo eū ad passionem iuit: vt ex hoc dengr intelligi q̄ in morte sanctorum non est dolendum sed potius gaudēdum: et q̄ sua passio erat sibi in gaudium ꝛ in magnum festum. et q̄ persecutiones propter christum debem⁹ gaudenter appetere / mundanos autem honores vitare sicut fecit xpc qui regiū honorem fugit / et ad locū passionis gaudenter accessit. Sed cur christus vadens ad mortem tantum honorem recipere voluit cum alios honorem regiū respuerit: Ad quod dicēdum q̄ hoc ideo fecit vt se non meritum p̄ dem̄straret ne velle qui est in magnis honoribus vel diuitiis constitutus semper memetipsum mortis habeat quia vadit ad mortem/ et nihil hinc preter saccum portabit secum: et qui reiect corpus suum / delicto ꝛ ornatibus / cogitet quia vadit ad mortem vbi vermes corpus comedent ꝛ lacerabunt. Item vt doceret q̄ regnum suum de hoc mundo non esset: ad quod profecto triumpho passionis ꝛ gloria resurrectionis peruenit. vnde Beda. Legimus in euangelio ioannis quia referte de quinq; panibus ꝛ duobus piscibus rur de volue runt rapere iesum ꝛ constituere eum regem: sed ne hoc perficere possent / ipse in montem fugiēdo predicauit. Hunc autem vbi passurus hierosolymam venit non refugit eos qui se regem facturi / qui agnine gloriosa et hymnis dei filio ac rege dignis ad eā laudatem regiam eucūrsionis reprimit voces eorum qui regnum patriarche dauid in eo restaurandum ꝛ pulse benedictionis dona recuperanda concinunt. Ut quid ergo quod prius fugiendo declinauit / modo libens amplectitur. regnūq; quod adhuc victurus in mundo suscipere noluit / tam exiturus per passionē crucis de mundo non negauit suscipere nisi vt aperte doceret quia non tempore alio ꝛ terrenum in terris / sed eternum in celis regnum esset imperii: ad quod profecto regnum per contemptum mortis ꝛ gloriam resurrectionis ꝛ triumphum ascensionis perueniret. Vnde est enim q̄ post resurrectionem apparens discipulis ait. Data est mihi omnis potestas in celo ꝛ in terra ꝛc. eiusdem loci. hec Beda.

Beda. Joan. vi.

¶ Oratio.

Generale gloriē signum domine fecisti quando vnice ser dies palscheyenteno in hierusalem tue clemētie ꝛ sereni vultus gloriam revelasti: vt occurrerēt tibi obuiam turbe cum floribus ꝛ palmis. ierantes / et quam videbant maiestatem confitentes / dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Precor ꝛ obsecro domine per sacrameūta ꝛ opera tua noli me reprobare a puerto tuis: sed offunde mihi lumen gr̄ie tue: vt replearur os meū laude / et cantem gloriam tuam tota die. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De fletu domini super hierusalem / et ingressu in eam. Cap. xxviij.

Ioan. vi.

HAec cum dixisset flebat dñs cu predicta letitia & fletum: nec sue misericordie obtit' eū turba deprimeret cū cum / ipse super eū dium ciuitatis assū pſit lamētum: miserebatur eis qui oēs boles saluari vult. Quod nobis nō pauisset nisi per aliqs humanū signū eudēs fieret: effuse eis lachryme sunt signum tristitie. Unde istud euāgeliū in mēse augusto decātatur: qz ciuitas hierusalem in isto mense prius a nabuchodonosor / deide a romanis destructa fuisse inuenit. Flenit etiam & rāro homini sibi exhibito lachrymas voluit cōmiscere: vt ostēderet qz humana letitia cito in fletū conuertitur: et q̄ oia gaudia & honores mūdi lachrymis et doloribus sint admixta. In celo quidem sunt ola pura: in mundo ola mixta: in inferno ola tugubria. i. flebilia / vel lamentera. i. nuo plena foetida velferida. Jtem ad dandū exemplum platis q̄ assumuntur ad honores pro cura ppli: potius debēt flere suā imperfectionem & ppli defectionem q̄ gaudere de sublimatione tpali. Jtem vt letitiam mundana salutari tristitia tēperemus: est enim mūdana letitia sicut vinū purum: qđ esto inebriat nisi temperetur aqua. sic mundana letitia cito animū turbat nisi temperetur meditatione mortis vel recordatione aduersi futuri. Ut Eccl'. In die bonoꝝ ne immemor sis malorū. [Ut ergo appropinquantur] nō solum corporis gressu sed cordis cōpassionis affectu [hierusalē] in qua deus viguerat cultꝰ diuus [videns] nō cōtra oculo corporis [cuitatē] et circuitum eius pulchritudinē: sed etiam oculo diuinitatis: iam impiā cuitatem in sua necem cōspirantē: et prudens eius casum & subuersionem: non de sua morte quam illi machinabantur / sed de illius ruina & perditione [flenit] scz fletu cōpassionis [super illam] tum propter malā culpe que abinuabiliplicata fuerāt: tum propter mala pene que super ciuitatem et populum futuro imminebant. [Dicens. Quia si cognouisses &c.] scz ea que ego super te venturā cognosco [et in hac licet fleres mecum ruinam tuam / q modo eruitas. Sicut ego. [quia] video et futura cognosco / sic et tu fleres si nunc venturā videres / que modo quia nescis quod imminet exultas. Quia fons pietatis eras lachrymas continere non poterat: nec edificia plangit parietes / sed subuersionem animarum. Quod vero modo exuiter ostenditur cum subditur [Et quidem in hac die tua]. i. in hac tue prosperitatis claritate / et in hoc modico tempore tibi prospero in quo facto voluntatem mam assumis tibi ea [que ad pacem tibi] sunt: non pectoris nec eternitatis sed tempoꝝ tuoꝝ solum / et modico tempore durarum. et ideo nūc gaudes: quia immineuntia ruina non vides. Cum enim secarnis voluptatibus dat / et venturā non prospiceret: in die sua que ad pacem et esse poterant habebat. Est aūt mundana pax quam peccatis impetit vt sine timore peccēt et libere suis voluptatibus pareāt: de qua in psalmo dicitur q̄ rubiginem contradicentium dicitur. Et ne forte quis intende quia tempus prosperitatis significatur hic nomine diei singulariter / postea vo dies aduersitatis plaraliter: quia modica fuit prosperitas in comparatione aduersitatis. Cum autem bona presentia ad pacem habuerit manifestatur cum subditur [Nunc autem] quasi modico presenti tempore prosperitatis & pacis / abscondita sunt ab oculis tuis] et corporalibus & spiritualibus / mala que venturā sunt tibi. presens enim prosperitas facit ne consideremus & prenoscamus futura aduersitas. cito aut manifestabuntur: ut breui qz gaudium hypocrite instar est pueri. Si enim a cordis eius oculis mala imminentia absconditā non essent: sic vere in presentibus prosperis nō fuisset. Cuius pena que de romanis principibus imminebat: dicitur ea esse venturi dies [tribulationum / scz. i. contractē] et circundabūt te inimici tui [. i. principes romani [vallo] circumtu. i. cōcertatura de lignis erpalis facta. et hoc faciem fuit in vindictam: qz caput christi iudei circumdederunt spineā coronā [et circūdabunt te] sua postea corporali. et hoc in vindictā: qz iudei circundederunt christū in horto cum gladiis et fustibus [et coangustabunt te undiqꝫ]. i. concludendo et prohibēdo introitum et exitū ita vt nulla sit euasionis via. tanta aut fuit contrarie angustia vt carnes filiorum manducarent. et hoc in vindictam: qm sitienti christo accetum in cruce dederunt [et ad terram prosternēt te] turres et loca munitio ra diruendo et cuncta edificia ad terram deiciendo. et hoc in vindictā: qz corpus christi mortuum oportuit repeti in terra [et filios tuos]. i. in deos [qui in te sunt] genuit / seu habitatores tuos [prosternent ad terrā] aliquos occidendo aliquos captiuando. et hoc in vindictā: quia christi filios apostoloo persequti sunt [et non relinquēt in te lapidē super lapidē] scz fundibus cuertendo. et post ola in perpetuum sunt dispersi: qz noluerūt sub alis xpi in fide eccl'ie cōgregari. Cui erā ex qua culpa fuerit pena ulara subiungitur [eo q̄ nō cognouerīs] qua malicia et inuidia exceca te cognoscere noluisti [tēpus visitationis tue]. i. mei aduentus in carne: veni enim visurus et saluaturus te: qđ si cognouisseres et in me crederes et eius pacata romanis et ab omnibus erepta pericula. Si esset tēpus gratie in aduentu xpi cognouisseni / christo credidissent: nec supra dictā calamitates sustinuissent, sicut oēs qui in christum crediderūt cūe euaserunt.

Allegoria.

C. Secundū sensum allegoricum ei / ueau hec est ecclesia: que tpe antixpi sic angustiabit et prosternet q̄ pauci audebunt se christianos confiteri: qua ecclesiam christꝰ visitat q̄ndo ad bonum eā excitat. Si ecclesia pro maiori parte nō cognoscit hoc cū est / fecerit: propter quod antexpi persecutio super eam veniet ad purgationē electorum et damnationem reprobōrū.

Moraliter.

Secundū vero sensum moralem ista ciuitas est alia peccatoris: sup quam flet christus fletu cōpassionis. Si vero cōsideraret anima statum suū cui pe / et quem statum penarum in futuro expectet: ipsa cum christo semetip siam plangeret. Qz peccati delectatio nolit mortis repentine cōsideratione / difficiet iudicij remotem / et penarū infernī amaritudem. quevallabit in morte et angustiabitur a spiritibus malignis: vt euadenda aduium inuenire non possit. et eius filii / pther nentur. i. cogitationes quibus / promittebat sibi longam vitam / honores / diuitias / et hiusmodi: frustrabuntur. et non relinquetur in ea lapis super lapidem: quia omnis ab illa cogitationum suarum cōstructio dissipabitur. eo q̄ non cognouerit tēpus visitationis sue: cū dominus eam mutaret ad emendationem vite. Unde sctūs Brego. quod tm̄ta hystoriam domin' semel egit / hoc quotidie per electos suos in ecclesia agit. Plangit ecclesia reprobos / qui nescunt cur plangantur sed in malis exultant et letantur: qui si damnationem suam que eis immineret prenoscerent / semetipsos cum lachrymis electorum plangerent. Qui in puerilitate sua diem suam hic habent cum pace: quia transitorio gaudent in tempore / et nulla venture pene terrēntur formidine. Supplicia autem sequentia nunc ab oculis eorum absconduntur: qz futura que temporalem letitiam perturbāt prenidere refugunt. Unde et (siqua est) presentis temporis ita est agenda letitia vt nullā amaritudo sequētis iudicij recedat a memoria. [Venient autem dies] quando ad vltionem et suppliciū ducentur. [Q. d: non cognouerunt tēpus visitationis sue.] Peruersam enim alam deus visitat quotidie aliquādo precepto / aliqn flagello / aliqn vero miraculorum et vera que nesciebat audiat: et aut dolore cōpuncta rediat / aut beneficiis deuicta malū qđ fecit erubescat. Sed quia superbiens contēnit et visitationis sue tempꝰ nō cognouit: illic in extremo vite inimicis traditur / cum quibus in eterno iudicio damnationis perpetue societate colligatur. Unde cogitandum valde est qđ erit nobis terribilis hora nostre resolutionis qui pauci mēnis: ētia nle omnium malorū memoria: que oblitio transacte fuit certatio: que formido & cōsideratio iudicis. Quid ergo esse nobis de presentibus ad delectationem debet: qñ simul cunctis transeūtibus non valet transire qđ im mineq̄ndo & hoc fundamus finit qđ diligitur / & illud incipitur vbi dolor nullā finit. Dicter hāc sententia Gregorii possūt dicta & aliter accipi: nā moraliter in culpa petūt. Primo val-

Visitatio dñi.

D Peccato rio enecā di modi.

latur per hostis suggestionē exterior em. Secdo circūdatur per interiorē carnis impulsionem. Tertio coangustatur per delectationis inflāmationem. Quarto ad terrā prosternitur p offensum interiorem. Quinto filii occidunt p epex bonor mortificationē. Sexto oīno diruunt per peiorationem exteriorem. In pena vero

Pene eiusdem.

Primo vallatur p exteriorem tribulationē. Secdo circūdatur p proprii corporis infirmitatē. Tertio coangustatur p animi ⁊ conscientie anxietatem. Quarto ad terrā prosternitur p salutis desperationē. Quinto filii occidunt p propinquor dolorē ⁊ desolationē. Sexto totaliter euertitur per

Demonū in morte tentatio.

mortē. In morte quoq; vallatur ⁊ circūdatur a demonibus: coangustatur a peccatis. demones em cūcta perā non solum operis verū etiā locutionis et cogitatiōis ad memoriā sibi revocāt: vt ad desperationē trahant. Tūc etiā ad terrā prosternitur qđ corpus iteneratur: et alia in infernum detrudit: ⁊ filii. i. opa vel imitatores eor: vt sint secum in pena sicut fuerūt in culpa. Et lapis sup lapidem nō relinquitur

Gregor. Ā. cogitatio sup cogitationem q̄ contra eā non adūcatur. qđ ꝑm Gregō. Ub alia perversa omnis ꝑstructio cogitationum dissipatur: tūc eā (vt in

ꝑs. cxiv. ꝑsal. 82) Oēs cogitationes impiorū peribunt. ⁊ oēs machinationes cessabunt. Fleuit ergo nunc dns iesus: ⁊ erat ꝓ summe pietatis ordine reseranda ipse fons totius mie non solū semel sed pluries fleuit: ⁊ ex illo pissimis oculis ad oīm exp̄tationē pec-

E Fletꝰ ihū catoꝝ lachrymax fluenta vberrime manando effudit. Legitur ei oīm iesum flevisse. Primo ex infātili necessitate in natiuitate. ꝑm illud Bapt. Bap. vij. Prima voce simile oībus emisit plorans. vnde cantat eccīa. Tuagie in

Joan. xi. fano inter arcta posit⁹ p̄cepta. Secūdo ex immēso amore in lazari suscitatione ex nimis cōpassione. Tertio in hac solēni processione. Quarto

Pbē. v. ex intimo dolore in sua passione p̄cedens lachrymis offerens ad deū. Hec sunt quatuor flumina de paradiso egredientia ad totius mundi ablutionem / refrigerationem / poratiēq; / et fecundationem. Vt quatuor fletꝰ salutaris possunt referri ad quatuor ꝑtes fletus que quasi quatuor flumina paradisi animā irrigāt ⁊ fecundat.

Primus est fletus p̄ incolatu peregrinis miserie. Secundus est cōpunctionis. Tertius cōpassionis. Quartus p̄ dilatiōe patrie. Primus fletus specie signat fletꝰ infantie salvatoris. vnde Augu. "Puer qui nascitur incipit a ploratu: lachrymis suis testes miserationū loquitur. ⁊ tam ꝓphetizat. Fletus in cruce signat fletum cōpunctionis quē debemus habere illi q̄ sunt in cruce penitētie. vñ Augu. Sciat se culpabiliter dolere et deflet morte amici vel dāni rei reprobatis /⁊ dolor⁹ peccati nō ostendet lachrymis. Fletus sup destructione ciuitatis signat fletum quo flere debemus sup miseriꝝ calamitatibus ⁊ animarū ruinis ⁊ pereūtibus. vñ Job. Flebam sup eo q̄ afflict⁹ erat ⁊c. Fletus sup lazar qui ad vitam erat reuocandus ⁊ cū gloria erat deferendus signat fletū ꝑ dilatione patrie. vnde ꝑs. "Heu mihi q̄ inc̄olatus meus prolongatus est. In fletu autē dūi ostenditur q̄m flere debeant q̄ peccant: quando se fleuit qui nunq̄ peccauit. vñ Cassiodorus. Ubi ꝑpiceps tanta afflictione plangebatur do illo flente nō fleret / eo genuine nō gemeret: Et notandum q̄ septem mala quasi venena sunt peccata: quor quē vñ si ea cogitaret ad fletum inc̄itari posset

Cassio.

F Vñ

Luce. vi.

Fletꝰ

Fletꝰ

Fletꝰ

duos vltie plebecula consitetur [quia hic est iesꝰ prophera a nazareth galilee.] Ti minoribus incipiunt vt ad maiora perueniat, propheram enim eum dicunt: quem moyses sui similem dixerat esse venturum. a nazareth autem galilee: quia ibi educatꝰ fuerat vt flos campi nutriretur i flore virtutum. hec Hieronym. Et postq̃ dominus ingressus est hierusalē remisit animalia ad locum suum.

D ¶ Memoriam huius processionis dominice recolit ecclesia ista die. Egrediuntur enim fideles cū ramis quasi obuiam domino. exeꝛa muros vel septa vsq; ad crucem aliqui vadunt: in qua t ramos quos gestant affigentes deponūt, quasi dicat ecclesia. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. O vtiq; dignum ideo erat vt vsq; ad crucem iquasi sic ostendatur eis non esse sperandum in quantalibet gloria mundiq; extrema gaudii luctus occupat. t deinde cum cruce in ciuitatē regredimur pro eadem significatiõe. Illa die gaudio processionis subditur euāgelium dominice passionis: forte quia et dominus exultationi intulit lamentum et nos processioni passionē: quia passio fuit causa euersionis pro qua fleuit. In primo ergo bella acerrus et de hostibus triumphatur: cui triumpho et gloria et ad impium ciuitatem et ad locum certaminis dominus venit: et cernit de victoria in re bellum (quod fieri non solet) triumphum sui cepit. vnde t rami palmarum quibus gloriose suscepꝰ est pro pinquiam victoriam super pīcipem mūdi signant. Hodie ergo mater ecclesia duas recolit processiones. Prima fuit quia iudei christum a monte oliueti vsq; hierusalem cū ramis olivarum et palmarum et magnis cantricis applocauerunt: et ista processio magne reuerentie et honoris fuit: et hanc ecclesia in euangelio hodierno repiesentat. Secunda est quia iudei christum ab hierusalem ad montem caluarie cum magnis opprobriis et irrisionibus deduxerunt: et ista processio fuit magne ignominie et doloris: et hanc repsentat ecclesia in passione hodierna. In istis processionibus ostēditur magna indicio multiplicitas voluntatis. Nam in prima cum magna reuerentia et deuotione ipsum supra asellum posuerunt: sic ecclia ipsum cum magna ignominia in patibulo suspenderunt. In prima vestimenta sua in via straverunt: in secūda christum suis vestibus exspoliauerunt. In prima ramos oliuarū et palmarum sibi obuiā portauerūt: in secunda spinas acutissimas sibi capiti affixerunt. In prima appellauerunt eum regem an secunda negauerunt eum dicentes / non habemus regem nisi cesarem. In prima appellauerunt eum saluatorem dicentes / osanna. i. salua obsecro in secūda negauerunt ipsum saluatorem qui dixerunt q̃ seipsum saluare non poterat. In prima dixerunt ipsum esse benedictum / et in nomine domini. s. pīi venisse in mundum: in secunda dixerunt ipsum esse malefactorem t ideo se tradidisse eum et crucis patibulo affigēdum. Lece ista infabilitas iudeis fuit: quia quem tantum honorauerunt post modicū ignominiose eiecerunt. Sed pīpter gloriē quā fuit passionem maiorem habuit et consequenti virtutem profusionem. vnde Bern. Quid fuit q̃ processionem habere voluit qui mox futurum noverat passionem? Processio quidem merito celebratur hodie: quia hodie facta fuit. Passio vero cur addita est quam sexta feria constat esse secutam? fecerit amaritudo: esset passio quam processio precessisset. Et iterum. Non sine causa nam nouus processio nūra quadam cōiunctione additur passioni. Nam processio plausum habet: passio vero planctum. Videamus quid conferat ista coniunctio. Utique vt discamus in nulla vnq̃ huius seculi letitia habere fiduciam: scientes quoniam extrema gaudii luctus occupat, sed in die bonorum non immemores simus malorum. Dies enim mirrhi est pīcipue seculum: non seculariter tamen sed etiam spiritualibus virtutibus. Ideo qui cepit primo facere q̃ docere / non modo verbo sed etiam exemplis ostendens quia omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni: processionis voluit gloria subtiliari quam modo sibi immunere cognouit die? ignominiosissime passionis. Spiritualibus autem spiritualia comparemus. In processione quidē ecclesie patrie repiesentamus gloriam: in passione vero monstramus viam. In processione rapiemur in nubibus obuiam christo in aera: quādo suscipiemur in celesti hierusalem christus dominus applaudentibus et acclamantibus vndiq; populis versus testamenti (quasi qui precedebant et qui sequebantur) benedictus qui venit in nomine domini. In processione cōsideranda quo properandum sit: discere in passione quo eundum sit. Tribulatio enim presens via vite est / via glie / via regni. Tolerabilem proinde labore passionis reddit gloria processionis: quoniam amanti nihil est difficile. hec Bernar.

¶ Oratio.

Domine Iesu christe qui verbo et exemplo magno docuisti nos fiere q̃ ridere: obsecro te p̃ benignissimas lachrymas et omnes miserationes tuas doce me vt peccata mea et pericula imminentia semper videam et cognoscam me inimici mei (sc̃z demonum suggestiones / temporalium rerum pulchritudines / et carnales voluptates) circundent / coangustent / et ad terrā prosternant mentē tuā scilicet sensus cogitatus et affectus meos et ordinem virtutum destruant: vt inde laudem te t confiteat nomini tuo altissime. Amen.

¶ De electione vendentium et ementiū de tēplo. Cap. xxix.

Venit autem iesꝰ dixerat ad templum et intrauit in ipm. Ubi nota q̃ templum accipitur aliquando pro domo templi: quod dupliciter. Una pars vocabatur sanctum: vbi prope ostium sancta sanctorum erat altare incensi seu thymiamatis aureum: mensa propositionis: et candelabrum. Illa pars erat sancta sanctorum: vbi erat arca testamenti et duo cherubin. Aliam partem que dicebatur sanctum intrabant quotidie sacerdotes ad offerendum incensum / et nulli alii. Intra sancta sanctorum solus summus pontifex intrabat: t semel in anno. Aliquando aūt accipit tēplum largius. p quadā platea quadrata ante templū muro clausa: t dicebat atriū sacerdotum / vbi sub dio erat altare holocaustorū ere coopertum: sed illud intrabant non solū sacerdotes sed etiā leuite cum in exercitatione et ablutione hostiarum t cōmunibus administrantes: vulgares autem homines illud nō intrabant sed ad ostium illius atrii stabat vnus sacerdotibus offerebant. Ista aūt duo loca non intrauit ipse: quia non erat sacerdos nec leuita. Sed preter ista duo loca erant adhuc duo alia vbi homines sub dio tu orantes erant: et in vno viri et in alio mulieres orabant. et ista erāt vocabantur nomine templi: de hoc dicitur q̃ iesus intrauit in templum de hoc petrus t ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. [Intrauit autem iesus] pīorimo [in templum] pīcipue propter tria. Primo sm Bedam vt docceret nos forma religiōis quam sequamur: sc̃z vt quocūq; pergimus primo domum orationis si ibi est adeamus: et per orationes deo cōmendam⁹ sic ad agenda negocia accedamus. Secūdo quia locus publicus erat vbi posset inueniri nō existendo se non inuite sed sponte pati. Tertio vt ostenderet q̃ ruina vibis et populi, p quā fleuerat, marime er sacerdotū culpa fuit: et inde radix perditionis processit. Hoc profecto ingerit cum post maloꝝ imminentiū enarrationem primum templum ingressus est vt de illo vendentes et ementes ejiceret in signū q̃ sacerdotes tanq̃ indigni essent de templo t officio exercendi. Sicut enim templū est in cuius ecclesia vita sacerdotum in plebe. vnde sm̃ gio. Simonia sacerdotum causa fuit destructionis iudeorum. Sacerdotes enim auaritie sue consulētes in pernitiosis et artis templi hostias cuiuscunq; generis vendebāt: ne venientes victimas non habentes nihil offerrent si hostias presto non inuenirent: et hoc faciebant vt vendita terum oblata reciperent. Et ne pauperes non solum hostias sed et vnde emerent non habentes ejicerentur pecunie non habite pterēderent: posuerant ibi nummularios qui numiam sub cautione et spe alicuius doni pecuniam darent. sed ga lex non patiebatur vt a fratrib⁹ suis

Altare holocaustoꝝ.

Intrauit dit in tēplū cause Beda.

A Simōis destructio hierm.

